40 locum,q̃ q̃ habeat locum,quia nõ põt ꝓcernere testatorẽ, nec hæredẽ. † Tertius casus est,qñ statutum fuit editum post clericatum,vel ante:ius autẽ agendi,seu obsõ oriẽ ex facto clerici , vt quasi facto cum eo,vt ex ɔ̃ctu,vel quasi.& tenet Bar.in l.cũctos populos,C.de sum.Tri.vt s.dixi in no.q̃ ex quo lex,vel statutum nõ logr̃ spãliter de clerico,sed generaliter disponit super ɔ̃ctib⁹, delictis,vel quasi ɔ̃ctibus, vel aliis actibus , vel super ordinandis, vel decidendis iustibus.ex quo tale statutum non nutrit peccatũ nec disponit spãliter de clerico, nec derogat priuilegiis ecclesiasticis,nec est irrationabile,q̃ ligat clericum.& f'm istud iudican dus est clericus,siue agatur in foro ciuili,siue in foro ecclesiasti co.ɔ̃.de re iud.c.cum causa,de in integ.rest.c.cum venissent.& in c.3.de eo,qui mit. in poss.Per quæ dicit valere statuta, vt instrm̃ guarentigiæ habeat executionem paratã ɔ̃ clericum, & pro clerico,in foro ecclesiastico & seculari . Ad quod allegatur dictũ Host.in summa tit.de consue.§.de veritate ipsius.vers.sed pone. sed statutum,q̃ voluit testm̃ insinuari , debet extẽdi ad clericos testantes,inquantum non relinquunt in piã cãm. An hoc dẽat seruari in quocunq; foro cã agatur. de hoc remittam ad distin. Host.in summa de testa.§.qualiter.ver.vnum.qui dicit,q̃ statutũ debet seruari,prout cã cognoscit , quo foro agatur , prout vult Io.An.in addi.prædi.& do.Ant.in præalle.c.quod clericis.Nam si ɔ̃hentes,vel actum agentes cum clerico,vel clerici cum laicis ɔ̃hentes,tacite videntur consentire legibus fori, in quo cã agitanda venit cõueniri possunt statutis ipsius subiiciunt̃ ex disp̃one legis canonicę,q̃ pro foro clericum submittit legibus.ex illa regula ex quo ibi agit,f'm illas iudicandus est.Ideo f'm eũ instrumentum guarentigiæ habebit executionem ɔ̃ clericum,& contra laicũ in foro seculari; sed non in.foro ecclesiastico ; quia sic videtur consensisse laicus cũ clerico contrahendo.Idem putat in testamento clerici, q̃ in quantum causa discutitur in foro ecclesiastico,iudicabitur f'm ius canonicum; inquantum in foro seculari,tractabitur f'm iura secularia.Item,si ecclesia legata ria,agat contra ecclesiam pro legatis, valebit testamẽtũ sine insinuatione,si instituto laico a clerico , legatarius agat ɔ̃ laicum, vel petit hæres hr̃ditatẽ a laico,valebit testm̃ nõ insinuatum , sic enim f'm eum vr̃ concessum clerico testm̃ , vt eius testm̃ subiiciatur legibus fori,vbi cã agitãda est.Et si dicatur quo statuta laicorum ligent actus clericorum. Resp̃detur,q̃ ligant actus clericorum,quos non faciunt,vt clerici, sed vt alij hoĩes , vt ẽt dicit Bar.Hoc non mihi placet,per ea,quæ s.dixi. Sed cum non ligẽt actus clericorum cõiter , sed ex legis disp̃ositione, scilicet canonica,quæ actum in executione subiiciendo foro seculari , subiicit ẽt legibus fori ex tacito ẽt ꝓsensu actum agentis.Idem puto in testõ laici,vt inquantum habet executionem,& agitur in foro ecclesiastico,q̃ subiiciatur legib.ecclesiasticis. Ideo puto , q̃ si laicus institua ecclesia decedat,legatarius ex testõ,cum duobus testibus,& sine insinuatione poterit petere legata,maxime quia testm̃ non poterit quo ad aliquid valere, & quo ad aliquid non,neq; auditur ecclesia hoc allegãs in p̃tiam,q̃ testm̃ valeat inquantum est institua ecclesia, & non inquantum legata reli cta sunt. Et quia tale legatum venit petendum in foro ecclesiæ, q̃ p̃t verificari inquãtũ testm̃ submittit̃ ex toto legi ecclesiasti
41 cæ,quia principalis institutio est in piã cãm,vt quia institura est ecclesia. Si aũt totum testm̃ subiiceretur legi seculari,quoad lai cũ testantem,& instituentem clericum,nõ rõne piæ causæ, tũc quanq̃ legatarij habeant petere legata in foro eccle.tamẽ testm̃ illud non iudicaretur f'm ius canonicũ,quo ad legata,ne diuerso iure censeatur.Idem secundum eum , si sola exceptio prorogat non in parem causam,& est legatum deuolutũ ad ecclesiã ex testõ laici,q̃ fieret exceptio laicorum corã iudice seculari , & non ecclesiastico. Ad hoc quod legitur & no.in cle. quia regulares,de sup.neg.præl.& quod s.dixi. Hæc coĩa puto vera inq̃tum forus est regularis. Sed si aliquo accidenti expostfacto daret̃ forus,seu accumularet non ex originali ɔ̃ctu,vel actionis gestæ,vt qa clerico agente in foro ecclesiastico , ibidẽ reconueniret̃,tunc credit causam agitandã, & decidendã f'm legẽ naturalis fori,& non accidẽtalis.ad hoc l.qui hẽt. ff.de tut. Naturalis.n. cam,absorbet accidentalem,& ibi regula, si pacto nudo recõuenirem laicũ corã ecclesiastico,non hẽt exceptionem,sicut in foro ciuili,& sic de singulis.Et si clericus recõueniret corã seculari,idẽ foret,vt legib.ecclesiasticis iudicaret̃.Nec ob.quod not. Archid. 2.q.6.c.nõ ita,quia in actibus Apostolorũ ab interlocutoria fatendũ est,q̃ attendit forus loci iudicis ; qa ibi non determinant̃ decisoria,sed accidẽtalia ad litẽ,seu ꝑparatoria,& sic dicit temperandũ esse,quod no.96.dist.c.deniq;,in gl.fi. Hæc dicta sunt formalia d.Ant.q̃ ex toto non placent , vt s tatim subiiciã. Dicit tũ in alio loco in alle.c.q̃ clericis . hæc ꝓcedere in eccl̃ia. Et tunc inquantũ tractat in foro seculari,decidẽda est f'm ius canonicum dicũt Doc.in c.i.§.e.vbi dicũt esse casum,f'm interl'm vnũ. & in auth.clericus.& ibidẽ per Cy.C.de ep.& cle.hoc dictũ limitat Host.qñ agit̃ reali,& sic de reb.eccl̃ie,sed si ageret̃ p̃sonali, vt quia petita erant legatũ,& hæreditas⁹ ex tunc dẽt f'm leges iudicari,hoc ponit in summa eo.tit.c.2. ver. quid si clericus.putat tñ hoc casu inquantũ statutũ discrepat a lege cõi , & nãli , q̃ in casib.in quib.ad pias causas disponit, iudicandũ esset f'm ius canonicum alle.p casu c. cũ esses,de testa. per quod putat,q̃ statuta loquẽtia de insinuationib.vel relicta annullãtia, vel q̃ requirant in testamentis solennitatẽ,vel in ɔ̃ctib.non debeant obseruari , ẽt in foro ciuili in cã ecclesiæ. Nã legib.vel statutis non est ecclesia iudicanda quo ad res,quas petit. Ad hoc c.bene quidẽ. 96.dist. in c.fi.de reb.ecc.ali.vel nõ.quod ẽt tenet Bald.vt s.dixi. Idẽ,q̃ s tenet̃, inquantũ põt cadere in piam cãm,in ɔ̃ctib.vero,in quib. nulla esset liberalitas ex parte laici , ita q̃ non põt dici dispositũ in piam cãm, tunc idem dicendũ,quod in sequenti membro dicit,scilicet qñ agitur de re patrimoniali clerici,seu eius obłone. Hæc simplr̃ non placent, maxime inquantũ vt iudicetur f'm legem fori,vbi cã venti latur. Primo.n.ex hoc dicto sequitur maximũ absurdum,quia idem ɔ̃ctus in vno loco,vel foro valebit, in alio nõ.Finge.n.statuto cauet̃,q̃ nisi emptor apprehendat possessionẽ rei intra annum,sit ɔ̃ctus nullus,aut præsumatur simulatus.Nam f'm theoricam prædictam,si laicus agit ɔ̃ clericum, lapso anno ad precium in foro ecclesiastico,non poterit allegare istud statutum,& sic contractus ibi erit validus. Si vero clericus prius agit contra laicum in foro seculari ad traditionẽ rei, poterit istud statutum allegare,& ibi nõ tenebit ɔ̃ctus,sed claudicabit,ɔ̃ l.si cum dies,§.pen.& quod ibi not.ff.de arbit.& C.de
42 rescin.ven.l.j.† Item iudex habet iudicare secundum consuetudinem litigantium,& eorum statuta, non sua,vt no. 12.dist.c.il lud,& per Innoc.super rub.de consuet. Cy.in l.2. C.quæ sit lon. consuetu.& in l.2.C.de constit.pecu.facit c.3.de eo,qui mitti.in pos.& non apparet ratio;quare si contentio est inter clericũ, & laicũ, debet iudex potius iudicare f'm consue. & iure laici;q̃ f'm consuetudines,& iura clerici. Nec est verum, q̃ in conueniẽdo eũ in foro seculari subiecerit actũ statutis illius fori , qa hoc nõ ꝓcedit in decisoriis;sed in ordinatoriis,vt no. in p̃all. socis , vt s.dixi. Et no.Bal.in d.auth.clericis.Adit.n. seculariẽ,vt faciat sibi ius,f'm ius cõe,& nõ municipale, qd̃ non hẽt eum ligare.Sicut.n. delinquendo non fortitur forũ iudicis secularis; sed ẽpi loci, ita ɔ̃hendo.de fo. comp.c.dilecti.& c.postulasti.† Item non procedit dicta theorica , quid enim si statutum ponit solennitatem actus; dicemus ne,q̃ ecclesiasticus debet iudicare, spreto illo statuto,cum laicus omittendo solennitatem illã requisitam aliàs nihil ageret, licet ɔxerit cum ecclesia?arg.l.cum lex. ff. de fideiusso. & quod no.Fed. cons.78. Itẽ quid si statutũ concernit personã:dices ne cõprehendere clericũ, licet agat in foro seculari?certe nõ,quod voluit aperte Cald.in sua dispu.inci.statuto cauet̃,vbi dicit,q̃ si statutũ laicorũ nõ admittit solutionis probationẽ p testes,clericus non arctat̃ illo statuto;licet agat in foro seculari , quod nõ potuit ꝓhibẽdere ipsum clericũ, ac p id quod no.Arch.alleg.Cy. in l.2.prope fin.C.q̃ sit lõg. ꝓsuc.Dñs Card.variè locutus est in hoc 3.ar.sed nouissime in c. 3.de eo q̃ mit.i pos.p̃missa diligẽti & matura deliberatione.sic bẽ distinguit,q̃ sp in decisoriis, tã in foro ecclesiastico; q̃ in foro seculari seruabit̃ statutũ,seu ꝓsuetudo illius, ɔ̃ quẽ inducit. ponit exꝑlũ,si laicus petit rẽ a clerico in iudicio ecclesiastico, & ipse excipit, q̃ p̃scripsit, sufficit præscriptio 10. vel 20.anno-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum. Si aũt clericus agit ꝯ laicum, & laicus excipit de præscriptione, non sufficit probare de præscriptione 10. vel 20. annorũ, sed 40. quia tantum præscr. quadragenaria currit ꝯ ecclesiam, de præscrip. c. de quarta. Et pro hoc, quia clerici non ligantur statutis laicorum, vel econtra. Sed hæc regula mihi non vr sufficiens. Quid. n. si statutum cõcernit rem subiectam laico, dicemus ne, q̃ non possit allegari ꝯ clericum, ad effectum concludendi contractum nullum? Item quid si concernit solennitatem actus, &c.
43 dic, vt statim subiiciam. †Item istud exẽplũ calumniari potest, qa p̃scriptio 10. vel 20. annorum est cõis, tã clericis, q̃ laicis, vt no. Io. An. in regula, qui ad agendum, de reg. iu. in Mer. sed in fauorẽ ecclesiæ introductum est ab vtroq; iure, vt ꝯ eam non currat p̃scriptio, nisi 40. annorũ. Sic in hoc exemplo non reperitur disparitas iuris, nisi forte intellexisset de ecclesia agẽte ꝯ ecclesiã. Ego vero in hoc articulo trãsibo fere prout distinxi in c. quod clericis, in lectura, q̃ Deo fauente concepi: vnde dico, q̃ si duo diuersæ iurisdictionis ꝯ iunt in loco, non est dubium, q̃ iudicabit fm legẽ loci ꝯctus, de cuict. l. si fundus. & per Cy. in l. 2. C. quæ sit lon. consuet. & Inn. super rub. de consue. quia ratione ꝯctus quis sortitur sibi forum. Sed dubiũ maximũ est, qñ clericus ꝯhit, vel quasi. Non. n. põt dici, q̃ clericus sortiatur forum loci, aut ꝯctus, seu iudicis secularis, nec ecõuerso, q̃ laicus sortitur forum iudicis secularis. Sed clericus sortitur forum ẽpi. Sed insurgit dubium respectu statutorum, an iste ꝯctus iudicabitur fm legem ciuilẽ, an fm legem ecclesiasticam, cum personæ non subiiciantur, nisi in foris suis. Sed hoc casu distinguo, q̃ aut statutum seu consuetudo concernit actus solennitatem adhibendam tpe contractus: Et tunc siue statutum sit clerici, siue laici, non valebit ꝯctus, nisi illa solennitas fuit obseruata. Et hoc ideo, quia non potuit subditus contrahere cum non subdito, spreta lege sui superioris, immo peccauit, de maio. & obe. c. 2. & fl. de leg. 1. l. nemo potest, & de testa. c. requisisti. Et nulla contracta fuit obligatio, cum lex sibi resistit, & inhabilitat consensum suũ, vt l. cũ lex. fl. de fideiu. & no. in c. cũ contingat. de iureiu. Sed ꝯctus non potuit ex vna parte existere, sed vltro citroq; obligatorium esse debet, l. Labeo §. ꝯctum. ff. de uerb. sig. facit c. admonet, & c. quod in dubiis. de renun. Sicut in simili videmus, q̃ in donatione exigit insinuatio, si excedit certam quãtitatẽ a lege taxatam, certe licet fiat donatio non subdito, si non est facta insinuatio, non ualet. l. sancimus. C. de dona. Insicit. n. potestatem donandi ex causa. Et iuxta hoc statutũ, iudicabitur inter clericum & laicũ in vtroque foro, quia si ꝯctus non valuit, non dẽt ex eo ius reddi. Ad hoc quod no. Cy. in
44 l. 2. C. quæ sit lon. consue. †Debet. n. iudex attendere ad statuta & consuetudines litigantiũ, vt supra dixi. Nec hoc statutum laicorũ ligat clericos, cum disponit circa subditos suos ad bonum finẽ. Vnde si clericus vult sibi illum obligare, dẽt obseruare oĩa, sine q̃ bus ille obligari non potest. facit quod in simili no. Fed. in cons. 77. vbi dr, quod si statuto cauetur, nobilem non posse recipere cessionẽ actionũ ꝯ popularẽ, nõ valebit cessio facta nobiliẽt p ec clesiã, qa statutũ disponit in casu licito, & inter subditos, & nõ i fraudẽ, nec alio mõ libertatẽ eccl'asticã restrigẽdo. Et ex hoc ise
45 ro, q̃ laicus testãdo, dẽt adhibere oẽs solennitates suas, alias testa
a mentum non valebit, [a] q̃q̃ instituerit clericum, nisi hoc faceret, p anima sua. Nam in istis dispositionib. ad pias causas. sufficit seruare solennitates iurisgentium; & ius canonicũ præualet, vt in c. cũ
46 esses. & in c. relatũ. de testa. & ꝛ. plus dixi, &c. † Qñq; statutũ concernit rem. Exẽplũ, q̃ res dotalis non possit alienari, & tunc puto, q̃ si clericus emat, non valet alienatio, quia mulier inhabilitatur ad alienandũ, vnde ẽt obligatio naturalis non oritur, vt in d. l. cũ lex, C. de legi. l. non dubium. c. 2. de maio. & obed. nec hoc statutum dr ligare clericos, sed tantum subditum. Et impedit obligationem oriri ex contractu, & super re sua poterit quisque statuere. l. in re mandata. C. mandati. & de condi. appo. c. verum. Et quod no. Bar. in l. rescripto. ff. de mu. & hono. Et fm hanc legem iudicabitur in vtroq; foro; quia si non valet contractus, non dẽt ex eo iudicari, vt dixi in præceden. ar. Et in duob. casib. potest practicari opi. Bar. in in d. l. cunctos populos. Et in dubio non vr procedere opi. istorum Doc. aliud sentientium. Sed forte non consi
47 derauerunt istos casus; quia arbitror quod aliter dixissent. †Qũque statutũ concernit personã, videlicet quod aliquid debeat facere post contractum perfectum, vt apprehẽdere possessionem rei emptæ intra certũ tps, vel probare per testes, & tunc non ligabitur clericus ẽt in foro seculari. Et idem dico in laico respectu statuti ep̃alis. Non. n. põt extraneus arctari ad aliquid explicandum, sed subditum statuentis bene cõprehendit, vbicunq; litigauerit. Quod dico verum, qñ est aliquid explicandum per subditũ extra iudicium, vt in primo exemplo; qa dẽt iudex ecclesiasticus iudicare litigantẽ, fm legem suam, facit quod no. in l. 2. C. de consti. pe. & statim dicã. Secus vr in secundo exẽplo, & simili, qñ est explicandũ per partẽ in iudicio, quia tunc non arctatur iudex ecclesiasticus iudicare fm illã legem, quia non potuit statũ dare modũ probandi, & procedendi in iudicio ecclesiastico. Et ideo si statuto laicorũ cauetur, q̃ probatio mutui non possit fieri per testes, si laicus litigat contra clericum in foro, ecclesiasti
co, non astringit laicus illo statuto. Ad hoc quod leg. & no. in c. 2. de arb. li. 6. & ad hoc quod no. gl. in cle. dispendiosam. de iud. & in regula, possessor. li. 6. & cũ hoc temperamento posset procedere opi. do. Cal. Ad prædicta faciunt no. per Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. Tri. vbi dicit, q̃ statutum concernens personam non extenditur ad forenses, ẽt si habeant bona in loco statuti; ẽt
48 si statutũ indirecte tãgat illa bona. † Exemplum, dic it statutũ, q̃ primogenitus succedat. certe fm eũ non extenditur ad forẽses. licet habeãt ibi bona; secus si principaliter ꝯcerneret bona, vt si diceret statutũ, q̃ bona deferant ad primogenitũ. ad hoc facit l. 1. ff. de tut. & cu. da. ab his. Et optime facit q. disputata per d. Ia. de Rampo. q̃ recitat & sequit Io. And. in addi. Spe. in tit. de emp. & ven. §. vlt. in 2. q. in istis terminis. Statuto Mutinensi cauetur, q̃ si aliqua res mobilis vel immobilis possessa ab aliquo, euincat ab eo, q̃ non teneat possessor illã restituere, nisi restituto sibi prius p̃cio, quo ostenderet se emisse. Nũc Bono. litigat Mutinæ ꝯ Mutinensem, & obtinuit insiam pro se, quæritur nunquid Bonon. vigore statuti Mutin. teneatur p̃tium restituere. dictus Doc. determinauit q̃ non, & hoc, quia istud statutum non porrigit vires suas ad extraneos, licet ibi litigent. ita & fortius dico in clerico,
49 cũ sit & intelligatur extraneus respectu statuentis. † Ex hoc infero ad no. & quotidianã. q. cõiter vbi sunt ludæi vsurarii, vel Christiani exercentes dãnabile fœnus, & grauissima quentione facta cum domino ciuitatis, viget statutum, seu prouisio, & conuentio inter eos facta, vt nõ teneatur vsurarius restituere pign̄ ei qui se probauerit dominũ rei pignoratæ, nisi prius restituto debito, pro quo res fuit pignorata. Accidit. q̃ res clerici, uel extranei laici, fuit pignorata domino inscio. Nunquid teneatur restituere debitum, ante restitutionem rei? Ad prædicta vr dicendũ, q̃ non, quia istud statutũ non potuit fieri in p̃iudicium non subditorũ maxime clericorum. Nec põt dici, q̃ statutum concerneret rem, q̃ si res erit clerici, non subijcit iurisdictioni laicorũ. c. fi. de vi. & ho. cle. & c. j. de imm. ecc. li. 6. Si laici extranei, adhuc idem, cũ res fuerit delata ad locum furtiue, & ꝯ volũtatẽ domini. Et sic non põt dici de iurisdictione statuentis, sicut dicimus de re mobili. quæ nõ est permansura in loco, vt no. in c. fi. j. de fo
50 ro cõp. facit l. heres absens. ff. de re iu. †Qñq; statutũ dat modũ decidendi cãm, & tũc si p̃sigit legẽ iudici. Exemplũ, q̃ iudex in iudicio teneat̃ sequi mercatorũ libros, & tunc in iudicio seculari faciet fidem in p̃iudiciũ subditi, sed in p̃iudiciũ clerici non, qa cũ tñ p̃iudicet subdito, nõ põt porrigere effectũ suũ ad nõ supposititũ iurisdictioni. Et p̃ hoc notabiliter facit tex. in c. quod clericis. de fo. cõ. intelligẽdo generaliter, nõ localiter Parisiis, lz aliter senserit gl. ibi. Dicit. n. tex. causas clericorũ dec idẽdas fm ius canonicũ, ẽt si clerici agãt ꝯ laicos. Sic ẽt si in fo. ciui. ventilatur q. q̃ nõ dẽt lex allegari ꝯ nõ subditũ. Fateor tamẽ si clericus vult recipere libru̇ p se, q̃ teneatur recipere & ꝯ se. ar. c. cum olim, de censi. & c. ex eo, de reg. iu. li. 6. Sed in foro eccl. iudex non tenet sequi illud statutũ, etiã ꝯ laicum ibidem litigantẽ, qa nõ potuit statutum p̃igere legẽ iudici non subiecto. Et hoc casu opi.
51 Car. nõ procedit. † Si vero statutũ nõ p̃igit legẽ iudici, sed loquitur gñaliter, vt q̃ fides adhibeat libris mercatorũ; tũc puto, q̃ in vtroq; foro habeat locũ ratio statuti ꝯ laicũ subiectũ, qa lex ipsius põt vbicunq; allegari ꝯ eũ; sed ꝯ clericum nõ, ex quo nõ est
52 subiectus; sed si receperit pro se, dẽt recipere ꝯ se. † Per hoc vr gl. nõ bñ dicere in l. 2. C. de const. pe. q̃ dicit, q̃ si homines alicuius, p̃ fessionis hẽnt aliq̃d statutũ detians a iure cõi, fm illud iudicabit si agunt corã ipsorũ iudice, quẽ habere p̃hit, fm dict. l. fl. C. de iurisd. om. iu. & no. Imo. in c. cum ab ecclesiarum, de offi. ordi. Secus, si agũt corã alio, puta corã ptãte ciuitatis, quia ille habet iudicare fm ius cõe, & fm ius priuatũ ipsorum. Nã certe gl. illa male dicit, q̃ iudex hẽt iudicare fm leges & statuta litigantiũ, & nõ fm ꝓpria, vt ꝛ. c. prox. & §. d. c. p̃ced. & c. constitutus. de resc. & c. dilecto. de p̃b. Optime facit tex. in c. cũ oẽs, §. eo. vbi vr tex. ꝯ illã gl. fa cit l. die sabbati. C. de Iudæ. vbi princeps in iudicando, hẽt re spectum ad ꝓsuetudinẽ, & statuta litigantiũ, vt in c. 3. de eo q mi
in pot. Alias posset de facili fraus inferri, ꝯ c. quanto, de diuor. & sic reperi postmodũ per Cy. reprobari illã gl. in d. l. 2. dicentẽ, q̃
53 inter homines ciuitatẽ, p̃fessionis valet statutũ, ẽt corã iudice totius ciuitatis, qa ẽt concernit decisoria. ar. ff. de eui. l. si fundus. sed inter alias p̃sonas nõ valet, qa est ius priuatũ ipsorũ de uniuersitate. † Et forte per hanc rõnem vltimam, possent satis æq; limitari oĩa superius p me relata, vt qñ qõ est inter clericum & laicũ, eo casu quo statutũ nõ valet ꝯ clericum, nõ valet ẽt in eius fauo
b rem, b cum statutũ fuerit editũ, vt esset lex cõis ipsis subditis litigantibus, non aũt, vt non supposititus iurisdictioni, vti possit eo

in

ADDITIONES.

a Testamentum non ualebit. Circa istum articulum uide omnino Fel. hic in 37. colum. post uer. quartus casus.

b In eius fauorem. Adde quod clericus qui utitur statuto laicorum, non potest eo uti, nisi cum oneribus prouenientibus ex eo. statuto, licet alias clericus non sit statuto laicorum adstrictus. Bald. in l. contra iuris. §. fi filius. per illum tex. ff. de pactis. Hen. Fer.

in fauorem suum contra subditum; & non in eius p̃iudiciũ; qa hoc nunquam fuit de mente statuentis; cum lex dẽat esse cõis, vt 4. di. c. erit autẽ lex. nisi esset mere priuilegiata, per ea quæ superius dixi. Ad prædicta facit quod no. Inno. in c. fi. vt li. pen. in addi. & in c. q̃ in ecclesiarũ. §. eo. & per leg. & no. in l. cũctos populos. C. de sum. trin. &c. Et sic finis adest præsentis repetitionis.

SVMMARIVM.

1 *Doctores & scholares in causis concernentibus totum studium, faciunt vnam vniuersitatem, nec alij sine aliis possunt.*
2 *Scholares statuentes possunt pœnam imponere secundum iurisdictionem, quam habent.*
3 *Doctores, vel scholares possunt aliquem ex causa priuare collegio.*
4 *Collegium præsumitur ecclesiasticum; quando sunt plures clerici, vel pares, secus si sunt plures laici.*
5 *Statutum recipit interpretationẽ a iure cõmuni: & si est ec clesiasticum, recipit interpretationem a iure canonico: si ẽt laicorum a iure ciuili.*
6 *Stylus curiæ facit ius, & potest allegari in decisionibus causarum.*
7 *Vniuer. potest legem imponere singulis de vniuersitate.*
8 *Monitio vna regulariter requiritur in actibus extraiudicialibus.*
9 *Appellari non potest a pœna legis, vel statuti.*
10 *Pœna imposita alicui, an sit perpetua, uel temporalis.*
11 *Iudex si imponit pœnam, an debeat esse perpetua, an temporalis.*

CAP. XI.

a Ex literis. [a] Pœna priuationis a cõione, quæ pp contumaciam ex constitutione infertur, temporalis est, nõ perpetua. Vel aliter. Pœna simpliciter apposita propter contumaciam, in dubio intelligitur temporalis; & non perpetua. Et est no. casus. Prima pars ponit statutũ & factum, ex quo surgit dubitatio. Secundam dubitationem soluit, duas rationes inducens. Sed a ibi, [Quia tñ] Casus lit. Magistri liberalium artium, Parisiis cõmorantes, a consuetudine antiqua in quibusdã articu. recesserunt, ipsi volentes cõsuetudinẽ pristinã reformare, iuño interposito statuerunt, q̃ si quis magistrorũ vniuersitatis ipsorũ, duceret resistẽdũ, & tertio monitus intra triduũ vniuersitati parere cõtẽneret, ex tunc cõsortio aliorũ in magistrali bus priuaret, pp qd magister G. cõioni ipsorũ fuit priuat. Tan dẽ voluit & redire vniuersitati obedire, vtrũ dẽret recipi, dubitabatur. Quidã dicebant q̃ sic deberet remanere priuatus. Alii dicebãt q̃ recipiendus erat, ex quo volebat satisfacere. alii dicebãt, q̃ non posset recipi pp sacrm, absq; licentia dñi Papæ. Vnde Papa cõsultus rñdet, q̃ constitutũ nõ fuit, vt hmõi priuatio in perpetuũ pduraret; & tã de iure, q̃ de cõsuetudine ecclesiæ exti
1 tit, vt qui pp contumaciã, aliorũ cõione priuat, cũ satisfacere voluerit, restitui debeat. Mandat dãs Papa, q̃ dictũ magistrum obedire volentẽ; admittãt in magistralib. ad consortiũ vniuersi
2 tatis. Ber. † No. 1. iuncta supra scriptione, q̃ doc. legentes faciunt collegiũ licitũ, & approbatũ; vnde p̃t facere statuta, & alia quę
b sunt vniuersitatis, explicare p̃nt. Et nil mirũ, exercent. n. profes
sionẽ licitã, ergo faciunt vniuersitatẽ, b vt est tex. in l. fi. C. de iu
omn. iud. Hinc dicit ibi gl. q̃ doc. & non scholares faciunt vniuersitatẽ, qa doc. sunt illi, qui exercent professionẽ: scholares ve ro sunt discipuli exercẽtiũ. Sed illa gl. no. est, vera; qa ẽt scholares faciũt vniuersitatẽ, ex quo hẽnt materiã licitã cõueniẽdi in vnũ. Et qd sit verũ, allego tex. no. hoc apte probatẽ iuncta supra scriptione, in c. qa in causis. de pc. tenet Inn. in c. cũ ab ecclesiarum. de of. or. & Bar. in l. fi. ff. de coll. illicitis. Et p̃ hoc facit qd hr supra in proœ. vbi scribit doc. & scholarib. vniuersis, &c. vnde pon dera verbũ, vniuersis, relatũ tã ad doctores, q̃ scholares. Per qd verbũ dico, q̃ doc. & scholares in causis concernentibus totũ studium, faciunt vniuersitatẽ vnã, ita q̃ scholares sine doc. nihil faciunt; nec eq̃; quia quod oẽs tãgit, ab oibus dẽt approbari, vt c. quod oẽs, de reg. iu. lib. 6. & in c. ad hæc. de of. Arch. & hoc a pertẽ sentit Bar. in d. l. fi. Bald. in auth. habita. C. ne fi. pro pat. Per hoc potes decidere q. quotidianã. q. an scholares possint dare cer tã formam in examinatione scholaris examinandi per doc. uel
c doc. statuere super scholaribus examinandis. Conclude, q̃ in tãgentibus [c] mere ipsos scholares hñt ipsi statuere, in tãgẽtibus mere doc. statuere ptineat ad eos. Si aũt imminet certum qd
2 cõcernẽs vtrosq;, dẽnt simul ꝓuenire, facit quod no. Inn. in c. ve stra, de lo. & tex. in cle. j. de cẽsi. † Scd'o no. q̃ vniuersitas inferior põt statuendo apponere penã ad limites ptãtis illius vniuersitatis, quod tetigi in c. cũ oẽs, §. e. Et ex hoc potes inferre, q̃ scholares faciẽtes statutũ, p̃t apponere penã fm iurisdõnẽ, q̃ hẽnt in doc. tñ legentib. nõ est tãta dubitatio, qa ipsi hẽnt iurisdõnẽ ẽt super scholares, vt auth. habita, p̃al. C. ne fil. p pa. & in p̃c. ff. §. pe. No. q̃ collegiũ Doctorum licite recipit aliqua emolumẽta ex
d sciẽ exercitio, vt in conuentib. & similib. Et hoc voluit ibi tex. cũ dicit, bñficio societatis eorũ i magrãlib, &c. No. q̃ doc. p̃t ex cã priuare Doctorẽ de collegio, qd no. idẽ de scholarib. ed eadẽ rõne. No. q̃ collegia inferiora subiiciunt superioribus iudicib. vñ si collegiũ ẽ ecclesiasticũ subiicit iudici ecclesiastico, si secu
3 lare, subiicit iudici seculari. Ad hoc quod no. Inn. i c. dilecta, de
e legium sit ecclesiasticũ vel seculare, dic, q̃ si plures sint ibi cleri

ci, est ecclesiasticũ. si plures sint laici, est seculare data paritate, est dicẽdũ ecclesiasticũ; qa magis dignum trahit ad se minus dignũ, vt in c. qd in dubiis, de p̃s. ec. vel alta. tenet Bar. ad ppositum nostrũ, in d. l. fi. vñ qa Doct. Parisi, q̃ maiori parte sunt clerici, iõ
4 fuit recursum ad Papã. † No. q̃ statutũ dubiũ] recipit interpre
f tationẽ a iure cõi. cõcor. c. cũ dilectus. de p̃sue. no. Bar. l. oẽs po puli. ff. de iust. & iu. & Inn. in c. cãm, de p̃scr. Et si statutũ est eccle
g siasticũ, [g] recipit interp̃tationẽ ẽt a stylo curię, [h] vt apte inuit tex.
h Et no. q̃ hic in interpretatione statuti solũ fit mẽtio de iure canonico & stylo curiæ. Ex quo infero, q̃ in interpretatione statuti ec clesiastici, recurrẽdũ est primo ad i° canonicũ. scẽdo ad stylũ curię. In interpretatione vero statuti secularis, recurrẽdũ est ad ius ciuile.

ADDITIONES.

a Ex literis. Vide Bal. in l. acce. C. de vsu. & in l. peremptoriam. C. sen. rescin. non pos. & in l. per diuersas. C. mand. And. Barb.
b Scholares faciunt vniuersitatem. Vide istum, & Imo. in d. c. quia in causis, in j. col. & istum in disp. in c. Gandulphus, in 5. & 6. col. & in proœ. decretal. in ver. Greg. in j. col. & ibi etiam Imo. in 3. col. & istum in c. si diligenti, in antep. col. de fo. comp. & Bal. in auth. habita, 13. col. ver. sed quod de collegio, C. ne fil. pro pat. refert & sequitur Pe. de Anc. in rep. c. j. in 14. char. ver. quæro vltrius, supra eo. Car. tamẽ hic, & Sal. in d. l. fi. C. de iur. om. iu. tenet opi. glo. in d. l. fina. q̃ scholares per se non faciunt vniuersitatem, sed communis opi. est in contrarium perd. c. quia in causis. & ita etiam tenet Sal. in d. auth. habita, ad fi. nisi scholares essent in loco, vbi non vigeret studium, vt ibi per eum. Et hanc partem tenet hic d. meus, pro communi opi. facit proœmium Sexti, & proœmium cle. ibi, Doctoribus & scholaribus vniuersis, & voluit etiam hic Io. de Ana. Adde, q̃ scholares faciunt vniuersitatem, voluit Rom. sing. suis, fol. 20. vbi dicit, q̃ scholaris, qui alios turbat in vniuersitate ridendo, vel rixando, in pœnam priuatur ab vniuersitate, & excommunicationẽ trium dierum pati potest, per c. in loco benedictionis. 1. q. 4.
Zach. Dic dum voluit allegare Rom. in sing. suis, q̃ est sing. in nu. 679. inci. quando vniuersitas scholarium, &c.
c In tangentibus. Adde quod voluit Rom. sing. suis, fol. 10. inci. tu habes Senis. vbi dicit, q̃ ille, qui est Doctor, & miles, si vtitur actibus militaribus, debet vti veste militari, si vero actibus Doctoris, debet vti veste doctorea, alleg. gl. sing. 23. diff. c. ecclesiastica.
Zach. Adde quod istud dictum sing. Ro. quod est nu. 563. non multum facit ad propositum Panor. cui adde, q̃ Doctor non cogitur semper vti insignis doctoralibus, vt no. Cors. sig. 83. ver. Doctor. il 2. Sed ad propositũ redeũdo dicit Abb. q̃ scholares p̃hit statuere in mere concernentibus eos, & idem in Doct. Dic tu, q̃ scholares non possunt statuere in p̃iudicium Doctorum, nec e diuerso. Ita no. Bal. in auth. habita, col. 3. ver. secũdo quæro. & ver. sed quid in collegio, C. ne fil. pro pa. per Anch. in c. j. char. 13. uer. ulterius quæro. sup. isto tit. Et adde no. dictum Bal. iu l. fi ad excludenda, C. de reb. credi. dicit non valere iurm a Doct. præstitum, q̃ Scholares gratis non possint gra duari, ubi inuenitur contra Doct. qui excusant se, dicentes ob. iuro, nõ posse remittere portionem collegij. & quod no. iste in c. 2. de mag. ubi dicit non ualere promissionem scholaris de intrando sub aliquo Doct.
d Idem de scholaribus. Adde Bal. in c. j. circa prin. de controuer. feu. ad pa. ter. & in c. cum quidam, de iureiu. & in l. nemo, ad fi. C. de sum. Trini. & in l. placet, C. de epis. & cle. & in c. post translationem, in fi. de re iud.
e An collegium sit ecclesiasticum. Vide istum in c. si diligenti, inf. de fo. comp. & Flo. in l. repetundarum, §. Hermaphroditus in fi. ff. de testi. & Bal. clare in d. auth. habita, in 15. col. ver. dicto de scholari. & Pe. de Anch. in reg. ea quę, in 57. col. ver. 16. quæro, coram quo. de reg. iu. in 6. & Bar in l. cum senatus, ad fi. de re. du. Et istum in c. cum ab ecclesiarum, in ij. col. de off. ord. & Car. in c. accepimus, ad fi. de fi. instr. & est optima glo. in c. j. de loca. in glo. 3. & ibi Abb. in 2. col. per istum. vide Ang. in l. fi. ff. de colle. illi. in contrarium, & quod voluit Io. de Lig. in c. dilectus, lo 3. de præbend. vrum iuspatronatus, quod habet vniuersitas scholarium in aliqua ecclesia. dicatur ecclesiasticũ; & concludit, q̃ vbi maior, vel par numerus est clericorum, dicitur ecclesiasticum; alias autẽ seculare, de quo hic per Mod. Adde quod voluit Ale. cons. 82. 2. lib. vbi dicit, q̃ cum duo sunt iudices, unus laicus, alter ecclesiasticus, q̃ appellari debet ad ecclesiasticum. Rom. cons. 270. ubi idem dicit, cum pe titur reductio ad arbitrium boni viri, de quo uide etiam Fed. cons. 355.
Ant. Fran. Ad hoc, an & quando duo sunt iudices, unus clericus, & alius laicus. uel fi forsan eodem modo sint arbitri, si contingat ab eis appellari, uel reductionem peti ad arbitrium boni viri, vel si forsan sint duo correi dandi, quorum unus est clericus, & alter laicus, coram quo sint conueniendi. Dicẽdum est, q̃ in omni casu debebit aditi iudex ecclesiasticus, & non iude secularis, tanquam magis dignum attrahat ad se minus dignum, vt in c. aquã, de consec. eccl. vel altra. ad quod vide Bar. Bal. Sali. & Doct. in l. præcipimus, C. de app. ubi ponit q. in terminis.
f Statutum dubium. Adde Doct. in l. fi serui vestri, C. de noxa. & ibi Bald. & no. C. de iure deli. §. in computatione, l. fi. Vnde facit ad q. Dicit statutum, q̃ homicida decapitetur, nec distinguit, an occiderit dolo malo, uel culpa, uel casu, uel cum causa, quia repertum cum adulterio. Nam licet statutum non distinguat, tamen ipsum statutum distinguitur per ius commune, ut distinguat, an dolo, an ex certa scientia, an culpa, vel casu. de quo uide per Bar. in l. j. §. j. ff. si quis testi. li. esse iuf. fue. secundum Bal. in d. l. fi serui uestri. & per Sali. & omnes Legistas in l. Cæsar, ff. de pœ. Idem dicas de consuetudine. c. cum dilectus, de consue. Idem de rescripto. c. causam quæ, de rescri. & l. falso, C. de diuer. resc. idem de priuilegio. l. fi quando, C. de inoff. te idem de indulgentia. c. dilecto, de uerb. sig. Et statutum generaliter loquens in materia iuris, recipit limitationes & interpretationes iuris, ut sunt boni text. in c. cum dilectus, de cler. non resi. & in c. ex parte, lo 3. de uerb. sig. & istum in c. cum quæ, in 2. col. de do. & contu. & glo. in l. tale pactum, in §. fin. de pac. & Io. An. in reg. possessor, de reg. iur. in Mercur.
Adde, quod omnium consulentium ista maxima est, ideo superflue addendum non est.
g Seb. Sap. Ecclesiasticum. Vide Feli. late in c. 2. de reser. ubi multa de stylo curiæ. & Rom. in cons. 376. q. est.
h A stylo curiæ. Vide plane per Marianum in rubrica infra de consuetu. & Docto. in cap. fin. eodem titu. & in c. quam grauis, de crimi. fal. text. & ibi istum in cap. ad hæc, de sent. excom. & in c. quod super his, de fide instrum. & in c. causam quæ, il 2. de testibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ciuile. [a] † No. q̄ stylus curiæ [b] facit ius, & pōt allegari in decisio-
6 nib. cārum, ex quo ius non reperit in ꝯrium, qđ no. ad idē c. lite-
b ras, de iura. cal. † No. q̄ vniuersitas [c] hēt iurisdōnem in singulos
7 de vniuersitate, ita q̄ licet nō possit qs sibiipsi legē īponere l. pe.
c de atb. facit c. fi. de pę. & re. tñ vniuersitas, vt corpus, pt imponere legē singulis de vniuersitate, & subditis corpori. Pro hoc facit c. irrefraga. de of. or. Et p hoc pōt inferri ad intellm l. fi. C. de iu. oim. iu. Nā vniuersitas licet non hēbat Rectorē, pōt sibi legē im ponere. Nā ad esse vniuersitatis necessario non requirit, q̄ sit ibi
d Rector, [d] facit l. 1. q̄ cuiusq; vni. & no. In. in c. cū nō ignores, de
8 pb. † In gl. j. in fi. non intelligas, q̄ sp admonitio dēat esse trina, [e]
e quinimmo in actib. extraiudicialib. sufficit rīr vna monitio, f vt
f est tex. cū gl. in c. si Eps. 17. dist. & in cle. 1. de hęre. & p Inn. in c. ad petitionē, de acc. dicā in c. cōsuluit, de of. deleg. & in c. 1. de sup. de neg. plat. vide Bar. in l. si finita. §. Iul. ff. de dā. infe. & gl. in cle. 1. §. de hære. In gl. 1. in fi. gl. vult refricare in dubiū id, de quo non fuit
g hic oppositū. Nō. n. cōquerebat hic de breuitate termini, g vñ iste terminus erat satis cōpetēs, qa solū erat p̄fixus, vt qs recederet a ptinacia sua, & pareret superiori. Aliud est i termino p̄fixo
9 ad appellandū. † Nec intelligas fi. gl. q̄ ab isto statuto potuit appellari, qa a pęna legis non appellat, vt dixi in c. ga nos, de app. &
h no. in l. si qua pęna. ff. de ver. sig. Nec a pœna [h] statuti cōis appel-
10 lat, vt no. Bar. in l. oēs populi, p̄alleg. & dixi in c. 1. §. eo. † In gl. 3. in
i fi. no. bñ finē gl. cuius est ista, q̄ si pœna [i] imponit pp crimen, in telligit ppetua, secus si pp contumaciā; & hoc fuit de mēte Inn. hic. Sed distinguendo latius post dicta Doctorū, q̄ aut in apposi tione pœnę exprimitur tps; & standū est tpi statuto, ar. a ꝯrio, in
k l. fine p̄finito. [k] ff. de pœn. Aut tps non est determinatū: & tunc aut fuit dictū, q̄ pœna esset tpalis; sed aliter non fuit determinatū; & intelligit, q̄ duret decennio, vt est tex. no. in d. l. fine p̄finito. Aut simpliciter pœna fuit apposita; & tūc aut pp crimē, aut pp cōtumaciā. Primo casu, aut fuit apposita sine causę cognitione; puta p ītерlocutoriā iudicis, & sic intelligit tpalis; & durat durā te of. iud. vñ si iudex sine causæ cognitione ītерdixit alicui exercitiū artis suæ, intelligit ille interdictus durāte offō ītерdictoris,

vt

gium non potest esse sine prælato actu & potentia, quia caput est de esse corporis, sm eum unde tene intellectū Imo. & Doct. pro. concor. Sed Bal. ampliat dictū Inn. ut etiam maior pars dicatur caput. facit quod voluit Bal. in l. j. in §. j. ff. quod cuiusl. uni. no. in uer. extra gl. quæro, nūquid de esse collegij sit habere prælatum. & no. in l. Neratius. ff. de uerb. sign.
Zach. ¶ Adde tu pro concordia horum Doct. q̄ dictum Inn. in c. cū nō ignores, §. alle. quod sequitur Bar. in alle. l. fi. C. de colle. illi. & in l. nulli, in prin. ff. quod cuiusl. uni. & Abb. in c. j. de proc. cū si. est in se uerum, si tū intelligatur loqui de rectore speciali, ut quia sit uniuersitas scholariū sine rectore, uel collegium Doctorum absq; priore. ita per Mod. hic. dictū uero Bal. dū dicit uniuersitatem non posse esse sine capite, intelligitur de rectore, uel capite uniuersali, ut quia absolute nullū haberet superiorē. Hoc. n. modo, ut uoluit alle. Bal. in auth. habita, col. 15. uer. sed o q̄ritur, C. ne fi. pro pat. & ibi vī reprehendere dictū Inn. de quo §. per c. nulla rōne. 63. di. Ita no. Do. in c. unico, in fi. de schi. li. 6. idē post Io. An. in c. statutū, cir. fi. de ele. e. li.
e Ant. Fr. ¶ Circa hoc, an collegium, uel uniuersitas possit esse sine rectore, uide omnino Bal. in auth. habita, in xj. col. uer. secundo quæritur, & in 12. col. ubi dicit, q̄ collegium non dī, dū caret superiore, uel prælato. tū idem Bal. in rub. C. pro soc. & Ale. post Bar. in l. fi. de colle. illi. dicunt, q̄ collegiū de necessitate non debet habere caput. & q̄ tunc pro eo potest agere potestas ciuitatis, quoniam collegii laicorum non habentis caput, Episcopus est caput. & uide etiam Ale. in l. ciuitas, ff. cer. pe. & Car. in cle. 1. in prin. in q. fi. de regul.
Esse trina. Vide per omnes post Inn. in c. ad petitionem, de accu. per Bar. in l. fi finita, §. Iulianus, ff. de dam. infe. per omnes in ç consuluit, de off. del. in l. tres denunciationes, C. quo. & quan. iud. per Host. & But. in c. fi. de do. & contu. & ibi Abb. in ult. col. in uer. ult. hic quæro post Hostien. cum aliis simi. ibi per Doct. adductis. Adde eundem Abb. conf. 72. lib.
f Vna monitio. Adde gl. in cle. j. in uer. factam, in fi. de dec. & ibi Imo. in x. col. & Card. in 25. q. & no. Io. An. c. ego N. super ver. uocatus, de iureiu. & ibi But. & ibi um. & est gl. in c. cupientes, in § quod si per 20. in uer. proposita, de elec. li. 6. & ibi Do. in pen. col. uers. & no. eam gl. & per Inn. in c. cum nobis olim, in gl. inci. sed nunquid eo ipso, de elec. & But. in c. tua nos, de testa Bar. in l. qui Romæ, §. cohæredes, & §. Scia, ff. de uer. obl. Rom. in l. si ex legati, in prin. eo. ti. & conf. 427. inci. omnipotentis per gl. ordi. in l. si tempora, C. de fi in stir. lib. x. & in l. de pupillo, §. fi quis ipsi prætori, ff. de oper. no. nun. Bal. in l. qui crimen, in 8. col. uer. octauo quæritur. C. qui accu. non pos. & in l. nam ita diuus, in 4. col. ff. de adop. Imo. in l. ex consensu, §. fin. in antepe. col. ff. de app. & in l. fi. finita, §. fi plures, in 8. col. ff. de dam. infec. & Bal. in l. ad peremptorium, ff. de iud. & in auth. item nulla cōmunitas, post prin. C. de epis. & cle. & in l. fi. in 15. col. in uer. 4. quæro. C. de edi. di. Adrioll. & in c. j. in 5. col. uer. quæro utrum in denunciationem, de mili. uasa. qui contu. est. Et hoc ampliat, ut procedat etiam in citatione iudiciali, quę non fit litigatoribus. Ita colligitur ex glo. in cle. 1. de hære. & ibi Card. in c. fi eps, hic alle. & in c. fi contra unum, de off. dele. in 6. & per Doct. in c. cū causa, de off. dele. Bal. in l. fi. §. cum igitur, in 7. col. C. de iure deliber. facit glo. in clemen. 1. in uer. citationes, de iud. Arch. c. non ita. 2. q. 6. But. & ilum in c. proposuisti, de foro competen. & Feder. consi. 97. Limita tamen hoc nouem modis, de quibus hic per Mod. & maxime per Do. Fel.
g De breuitate termini. Dicam in c. 1. de dilatio.
h A pœna. Dicam in c. super his, de accu. post gl. istum & Ana. Adde Roma. singu. suis, fol. 5.
i Seb. Sap. ¶ Quod fi pœna. Circa hanc glo. quærit Bal. hic, utrum confinatus usque ad certum tempus, post illud tempus, possit domum redire sine sententia declaratoria? & concludit q̄ sic. & idem tenet in procę. sforum, & hæc autem tria. & in l. actione, §. Labeo, per illum tex. ff. pro soc. & sequitur Fran. Cremen. in sing. 47. consulmus. idem tenet Bal. in cons. 24. casus talis est, secundum impres. Brixien.
k Sine præfinito. Vide Bar. ibi, & Bal. in l. 1. post princ. C. de post. præl. & tex. in l. inter illa, §. fi. ff. de uerb. sig. & glo. ubi fi dicatur, faciam in diebus, intelligatur de biduo. & glo. in l. eum qui calendis, ff. de uer. obli. & Bal. in l. ussræ, C. de usur. ubi fi dicitur per multa tempora, intelligitur de duobus annis. tex. in l. excipiuntur, ff. ad Syll. ubi secundum communem intellectum fi dicitur, non multum tempus, intelligitur per sex menses, tex. & ibi Bar. insl. 3. §. sed fi ita, ff. de ann. leg. ubi fi dicitur, de tribus terminis, intelligitur de tribus annis. de quo per Rom. in d. l. eum qui calendis. facit gl. in c. pe. de cens. in uer. aliquot annis. dicens, q̄ uerbum, aliquot annis, uerificatur de duobus, & uerbum, in diebus, intelligitur de biduo. Adde Rom. consil. 401. ubi ponit de tēste, qui dicit, q̄ Titius solum possedit per plures, & plures annos, an possit saluari, si Titius solum posse dit per quatuor menses, licet annus quandoque ponatur pro mense, ut ibi per eum.
Ant. Fran. ¶ Adde quod appellatione termini uenit annus, & ideo si quis p̄misit facere in termino, uel aliquid est obligatus facere in termino, non aliter declarato, de quo termino, intelligitur de termino anni, ut uoluit Bar. in l. 3. in prin. 4. vol. ff. de ann. leg. & habetur per Rom. in rub. ff. de arbitr. in 2 colum. Adde etiam, quod dies quandoque ponitur pro anno, & annus quandoque pro septimana, ut habetur per glo. in capitu. tenere, 31. distinct. & habetur 33 quæst. 2. in c. hoc ipsum. Et quando incipiat annus, & quomodo computentur anni Domini, an a Natiuitate, an a Circuncisione, uel a Purificatione, uel ab Incarnatione, uide Dom. de Rota decis. 54. & decis. 111. in nouis. & uide Specu. in titu. de loca. in §. nunc aliqua. in uer. 41. ubi dicit, quod in hoc quilibet seruat usum suum, & consuetudinem loci. Et adde etiam, quod dicatur esse tempus magnum, uel parum, quod uoluit glo. Bal. & Alexan. in l. 1. in § quod autem, in 1. q. ff. de superfi. & Bal. in l. quæcunque, in 1. q. C. de bon. quæ libe. Et concluditur, q̄ intelligitur de tempore, quod est necessarium ad negotiū, de quo agitur, peragendum. Et quod dicatur tempus non modicum. Dicas, quod dicitur tempus quinque annorum, ut uoluit Spec. in tit. de cau. posses. et proprie. in prin. in uer. uerum, in positione actoris. et habetur per D Car. in cle. 1. in §. fin. 4. quæst. de reb. eccl. non alien. vbi dixit, quod non modicum tempus intelligitur, intra x. ann. de quo videndum est per Alex. in l. fi filio, in §. fin. ff. fol. mat. & per eundem in consi. suo 16. in 5. parte consiliorum. Et ad de, q̄ si iste terminus, tempus, simpliciter proferatur, intellig. de anno, vt in c. omni tempore, de consc. dist. 4. Si ponatur terminus, tempora, i. plurali, intelligitur pro duobus annis, vt hic, tempus autem medium intelligitur de sex mēsibus, de quo vide per Bal. in l. vsurę. C. de usur. & per Ale in l. sine præfinito. de pœ.

ADDITIONES.

2 ¶ Recurrendum est ad ius ciuile. Adde Bal. in l. fi nondum, in ver. sed dubitatur, C. de fur. & in l. a. uer. fed hic quæro, si continetur in statuto, C. de iure cel. ei. & in l. 1. in ver. quæro si statutum. ibi, nimirū, C. qui. bo. ced. post. & per Ro. in d. l. 2. & per Io. And. in addi. Spec. in rub. de succes. ab intesta. in §. 1. in 1. col. cum seq. & Pet. de Anchar. in c. 1. in 39. char. in ver. occurrunt aliæ quæstiones, supra eo. vbi refert & sequitur Bal. in d. l. 1. in 2. colum in ver. quæro si statutum. & facit gl. in regula, possessor. de reg. iur. in 6. & no. in c. cum esses, de testa. & in c. 1. de no. ope. nun. Bal. in l. pruulegia. C. de sacros. eccl. Et per illum in c. clerici. de iud. & gl. in cle. 2. in ver. ecclesiasticis, & in uer. visuris, ante fi. de iud. & ibi Card. in 11. q. & Bal. in l. eos, in fi. C. de usu. & per istum in c. eccl. supra eo. & in c. quod clericis, in 2. col. de fo. comp. Cald. in disput. inc. statuto. in pe. col. De materia qualis debeat esse interpretatio statutorum, vide no. per Bar. in l. omnes populi, in ver. 6. principaliter quæro. ff. de iust & iure, & per Bal. in l. maximum vitium, in 1. col. C. de lib. præter. & in l. meminimus, C. de leg. hær. & in l. 1. C. quæ sit longa consuet. & in l. contractus, in 2. col. C. de fide instru & in c. ita nobis, C. de adult. & in l. acceptam, in vlt. col. C. de usu. & l. milites. in pe. col. C. de testa. milit. & in l. eo, q̄ a multis, in fi. C. si cert. pet. & in l. j. C. de fide instru. & in l. 1. C. an seruus ex suo facto, & in l. 4. in fi. C. per quas personas. & l. quicunque. C. de ser. fugit. & in l. cum allegas. C. de usur. & in auth. ad hęc. in 2. col. C. eo. tit. & per Bar. in l. fi quis sub conditione, ff. de cond. inst. per Angel. consi. 166. inc. punctus, statuto ciuitatis. in fi. & consi. 66. inc. municipali, ad fi. & aliquid per istum in c. causam quæ. inf. de refer. in 3. col. in uer. tamen hic aduerte vltra eos.
b Stylus curiæ. Vide quę dixi in apostillis supra in ver. a stylo curiæ. Zach. Hippol. Marsi. fing. suo 181. inc. stylus curiæ. Ang. in l. fi. quem ad hoc sing. ibi alleg. prælleg. Hippol. & ibi etiam Iac. Rebuf. nu. 1. & quod no. in addi. ad eam, C. de can. lar. ti. no. 3. Aliquid post Pan. & alios supra in procę. Greg. in apost. in uer. de stylo. in nouis.
c Seb. Sap. Quod vniuersitas. Vide Are. in l. qui Romæ. §. Seia. ff. de ver. ob.
d Sit ibi rector. vide Arch. in c. ficut in vaaquaque, super ver. caste regat, 21. q. 2. & Bar. in l. fi. in 1. col. in ver. quæro, per quas personas, ff. de colle. illici. But. in c. cum omnes, in pe. col supra eo. Et per illum in c. 1. in 2. no. inf. de procur. Car. in cle. 1. in 12. col. ver. 10. quæro, de reg. Bar. post glo. in l. nulli. in prin. ff. quod cuiusl. vniuersi. nomi. Bal. in rub. C. pro socio. post prin. per istum, in c. accedentes. in 1. col. de præscr. Card. cons. 32. inc. in hac dubia quæstione. Adde Imo. in c. dilecta. in princ. de excess. præla. & ibi Bar. in 2. col. ver. circa primum. Sed contra Inno. in c. cum non ignores, de præben. tenuit Bal. in auth. habita, in 16. col. uer. secundo quæritur, an uniuersitas, C. ne filius pro pat. Pro quo facit gl. in c. vnico, in gl. fi. circa med. de schisma. in 6. & ibi Do. in fi. intelligit dictum Inn. de capite speciali. glo. in d. c. unico, intelligit de capite uniuersali. Et istud dixit Imo. in c. statutum. de elec. in 6. ubi ad saluandam opi. Inn. ab impugnatione Bal. intelligit Inn. de capite speciali, & dictum Bal. procedit in capite generali, puta epo, uel papa. sequitur Do. in d. c. statutū, in fi. facit quod no. Car. in cle. pastoralis, uer. ut illud, in 2. opp. de re iud. & quod no. Arc. in tract. de hær. in 15. char. in uer. & quia tanta est præeminētia. Sed aduerte, q̄ Bal. in d. auth. habita, vī sentire, q̄ ipsa maior pars collegij est loco capitis, & sic non est cōtra Inn. sed supplebitur sic, q̄ ipsa maior pars, est loco capitis principalis, sm Mod. hic. Tu adde Ale in apost. ad Bar. in d. l. fi. in ver. quæro per quas personas. ubi dicit Bal. ibi limitare. posteā dicit, q̄ imo vī tenere contra Bart. tñ reuera Bald. vī concludere, q̄ nō cadit in intellectum, q̄ aliqua uniuersitas possit omnino esse sine capite. & sic vī tenere contra Bar. in d. l. fi. q̄ colle

a vt est tex. no. sm cōem intellectum in l. fi. ff. de pę. [a] Idem no. Inn. in c. quod translationem, de offi. leg. Et intelligo q̄n pœna fuit successiua. Si aūt pœna erat momētanea, qa condemnauit in pecuniā, seu mulctauit, tunc est perpetua, facit Lillicitas. ff. de offic. præsid. Si pœna est apposita cum causę cognitione, & tunc aut delictum merebatur, vt pœna esset perpetua, & erit perpetua. Idem ēē, arg. in l. si præses. ff. de pœ. Et hoc fuit dictum Odof. quē sequuntur hic Doc. in dubio vero intelligitur temporalis, argu. ing̃. hæ. n. causæ. ff. de susp. tu. quod voluit hic Io. An. in nouel. qđ est notandū. facit l. interpretatione. ff. de pœ. & reg. odia. & reg. in pœnis. de reg. iu. li. 6. Scdo casu principali, q̄n pœna est apposita pp contumaciam, [b] aut contumacia transiuit in specificū delictum, [c] & tunc inteli'r ppetua. exēplum in c. ex tuæ, de cle. nō re si. Puta si clericus sit ptumax in residendo in beneficio suo, tūc pœna priuationis est ppetua. Aut nō transiuit in specificum crimen, & tunc si pœna est momētanea, [d] est perpetua, vt s. dixi. Si
b
c
d
e successiua, est tpalis, [e] vt hic in tex. iuncta gl. In dubio autē [f] an pę
f na intelligat inflicta pro crimine, vel contumacia, dic, q̄, p̄ contumacia, si ex prius gestis non potest hēri certitudo. ar. in d. l. si pē-
11 ses, iuncta d. l. hæ. n. causæ. † Ad vnum aduerte, quia vbi pœna est apponenda arbitrio iud. dēt esse tpalis. Alle. ad hoc Dom. Alb. de Ros. allegantem l. j. de fur. balne. & dixit alibi non esse illum casum, & ponderabat ibi tex. in uer. t parii. s Et sm hoc dictum, si
g est verum, potest colligi singularis limitatio ad ōia prædicta, vt pœna simpliciter imposita per iudicē, q̄ processit ex arbitrio, sit tpalis, vt sic restringatur ad limites suæ prātis. arg. c. a nobis, j. de sen. exc. c. j. iuncta gl. s. e. Sed ꝯ illā theoricam allego gl. no. Institu.
h de inin. §. in summa. [h] q̄ vult iudicē posse imponere pœnā capitalē in actione iniuriarum, licet pœna ibi fit arbitraria. Item adduco tex. satis notabilē in materia iudicio meo, l. sacrilegii. ff. ad l. Iul. pec. ubi tex. imponit ibi pœnā arbitrariam, & tñ narratiue subiicit, q̄ q̄q; fuit imposita pœna mortis. vnde forte illud dictum Alber. nō est uerum. & tex. quē allegat, dēt restringi in casu suo, vel saltē dare hanc limitationem, vt procedat, vbi ius in spāli crimine iponit pœnā arbitrio iudicantis. Quasi ius tunc senserit de pœna tpali, q̄ sciuisset imponere pœnā ppetuā: Sed vbi ius specifice non disponit de crimine, indubie credo, q̄ pœna possit esse ppetua. Nā de iure canonico modicas hēmus pœnas expressas p criminib. Vñ succedit arbitrium iudicum, vt in d. c. de causis, de off. del. Vñ iudex dēt arbitrium suum informare sm pœnas statutas in simlib. criminib. vt in c. tuę. de pœ. vbi dī, q̄ pro magnis scelerib. debet imponi pœna depositionis. Item facit, quia pœna est apponenda sm qualitatem, & quātitatē criminis, vt in ca. non asseramus. 24. q. 3. & in l. respiciendum. ff. de pœn. & hæc duo iura multum faciunt contra dictum Alberici &c.

ADDITIONES.

d And. Barb. Exceptione non opposita. Adde Bur. Imol. & istum in c. Rodulphus, hic alleg. Ioan. in c. dilecto, in j. glo. de offic. Archid. per istum tex. & facit iste tex. in uer. nec audiatur, de quo uerbo plene per Alex. in l. j. §. fubiata. ff. ad Trebel. & per istum in c. cum ex iniunctis, in 2. col. de oper. no. nuncia. & c. quia frustra. de usur.
e Clem. non potest. Vide ibi istum in apostillis, & Do. meum hic, & glo. in c. fi. in uer. spiritualem, de procur. in 6. gl. in c. procurator, de elect. co. li. Aegidecisio. Rotæ. 5. Alex. consi. 22. uiso instrumento syndicatus, ad fi. Do. in d. c. qui ad agendum. in 2. respons. in fi. Bar. in l. qui Romæ. §. Callimachus, ad fi. ff. de uerb. obli. Card. & Imo. in d. cle. non pōt. & plene per Mod hic.
Adde Pet. de Anchar. consi. 74. ubi consuluit, q̄ habens mandatum ad faciēdum pacē super uulneribus, & ad promittendum pœnā, & iurandū in dicta pace, nō pōt astringere mandatarium, q̄ non nadat ad ciuitatem propriā, ubi ipse inimicus habitat, quia grauissimum est ciuitatem amittere.
f Zachar. Comprehenderetur sub genere. Adde late de hoc per Bar. & Alex. in l. 1. §. hoc autem. ff. de no. ope. nuncia. eundem consi. 13. col. fi. uersū. ultra prædicta. volu. 2. Bald. consi. 220. col. pen. uer. quædam alia fuerunt, uolu. 3. Cyn. Bal. Ang. Sal. in l. qui sepulchra. C. de sepul. uiola.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eies, restringitur genus, vt nō cōprehēdat, nisi species pares expſſis; non tñ restringit ad speciē expressam tñ, sed cōprehendit oēs species pares cū expressa. Exēplū in d.§. cui dulcia. vbi testator dixit, lego tibi vina, & omnia dulcia, sub illo genere, & omnia dulcia, veniunt omnia dulcia, dūmodo sint potabilia, & hoc pp speciē præcedētē, quia vinū est dulce potabile. & iste est proprius casus istius §. & est rō, quia cū illud genus adiectiue positum veniat verificandū in subiectis suis, & apparet per illa verba, q̄ testōr senserit de subiecto certæ qualitatis, vt de vino, q̄d est potabile, p̄sumimus in dubio, q̄ testator in genere subsequēti intellexit de specieb. similib. speciei expſſæ. Si vero p̄edit genus & sequitur spēs; & tunc spēs ex toto restringit genus; ita q̄ exponitur copulatiua, &, posita inter genus & speciē, pro. i. Exemplum, si duo coeant societatē, & dicūt, vt sint participes lucri & q̄stus: illa qualitas q̄stus, restringit genus, q̄d est lucrū; vñ exponitur lucri & q̄stus. i. q̄stus; q̄a alias frustra exprimeret illa species, q̄ cōprehēdit sub lucro. Scire. n. dēs, q̄ lucrum refert ad oīa prouenientia ex prosperitate fortunæ, qualiacūq; sint: sed quæstus cōprehendit solū lucrum proueniens ex industria personæ; & de hoc est bon. text. cum gl. in l. sed & si adiiciatur. ff. pro soc. vī tñ mihi, q̄ Bar. allegando illā legē errauerit in hoc membro; q̄a ibi p̄cedit species, q̄a fit primo mētio de quęstu. Itē genus ibi nō ponitur p̄ adiectiuum, sed p̄ substantiuum certum & determinatum, vt est lucrum: & ideo illa lex potest adduci ad membrum sequens. Secundo mēbro principali, cū genus ponitur per substantiuum certum & determinatum, & tunc si spēs p̄cedit, & genus sequitur, restringitur genus. Exemplum in l. quæsitū. §. 1. de le. 3. Si vero spēs p̄cedit, aut sequitur: & tūc si spēs refertur ad genus, vī posita cā ipsum restringēdi: sic pōt intelligi l. cum de lanionis. §. q̄dā. ff. de fun. instr. Aut spēs refert ad actum l. gādi, seu donandi, vel aliā dispositionē; & tunc vī adiecta ex cā; & videtur adiectum ex superabundanti', vt in d. §. pe. Dy. tñ vī aliter intellexisse hanc materiā in regula, generi. de re. iu. li. 6. Qūq; generi additur enumeratio indiuiduorū; & tunc genus non comprehendit alia indiuidua non enumerata, q̄ sunt eiusdem speciei cum enumeratis; sed reliquas species cōprehendit. Exemplum si testator legat duas statuas marmoreas & omne marmor, venit omne marmor p̄ter statuas; q̄a ex quo testator legauit duas, vī voluisse comprehēdere illas statuas marmoreas, & omne marmor præter alias statuas sub illo genere, vt est tex. in l. hæres, in §. 1. ff. de leg. 3. & in d. l. cum de lanionis. §. cui fundum. Hæc procedunt, cū genus & species distinguuntē circa eundē. Si vero vni legat genus; & alteri legat species, legatū speciei derogat generi, siue p̄cedat, siue sequat, vt in §. pe. prællega.
13 & de hoc plenius per Dy. & per Bar. in locis præall. Vlt. de hac dia ctione, alius, [a] scias: q̄ illa facit positionē [b] eiusdem qualitatis, qū
b ponitur inter ea, quæ sunt eiusdem rationis, vt si dicam, testamētum, vel aliam voluntatem, intelligitur tantum de vltima: ad hoc quod no. in l. quidam relegatus, ff. de reb. dub. Si autem ponitur inter omnino diuersa, tunc secus, vt in exemplis gl.

ADDITIONES.

a Alius. Adde gl. in l. si fugitiui. C. de ser. fug. Do. plene distinguentem in c. deinde, in 2. col. 26. dist. & per eundem, in c. 1. in fi. & in cap. ei, cui, in pe. char. de præb. in 6. & in c. hinc etenim. 69. dist. & in c. omnes leges. 1. dist. & cap. quis nesciat. 11. dist. & in sum. 24. dist. & in c. Valentino. 34. dist. per glo. in præc. ff. circa fi. & in Aut. ut defun. seu fi. & ibi Iac. de Bel. gl. & Imo. in cle. 1. in ver si. alii. de resc. Bar. in l. quidam, de reb. dub. Car. in cle. dignum, in 2. no. de celeb. mis. per But. & istum in c. officii, in 2. nota. de pœn. & remiſ. Ale. consi. 205. consideratis verbis dictæ inuestituræ, in 4. col. 2. no. Rotam, de resc. 48 in antiquis. & 22. in antiquis gl. in clem. 2. in uerſ. alteri ecclesiæ, de reb. ecc. non alien. & capitu. 1. in uer. alius, supra de summa Trinita. & in capitu. j in ver. alios, de præb. in 6. Rom. consi. 42. & 94. Bal. in l. & si post tres, in 11. col. ibi, sed quid si statutum dicit, ff. si quis caut. per tex. in l. 1. ad hoc notabilem, secundum eum, ff. de re. du. & per eundem Bal. in l. conuenticulam, in 5. col. ibi, & istud no. C. de epi. & cle. & per eundem Bal. & Sal. in d. l. si fugitiui, & uide gl. & ibi Imo. in cle. 1. in uer. quamuis alia, de sen. & re iu. & differt alter & alius, quia alter intelligitur de duobus, alius de pluribus, licet aliquando aliter capiantur, ut per Pa. de Caſt. in consiliis suis, consilio 50. & Lau. Vallen. eleg. suarum, c. 160. alter de duob. Adde Ale. consi. 34. 1. lib. Car. consi. 91. Ro. consi. 150. & 375.

b Seb. Sap. Facit positionem. De hac dictione, vide Ale. consi. 33. uiso themate, in 1. uol. rep. in consi. 87. in 5. uol. unde etiam Do. And. Sicu. in consi. 7. sapienter, ni fallor. in 1. vol. & Are. in consi. 106. uiso puncto. Et limita illud, quod dicit Abb. hic, quando cum dictione, alius, est adiunctum signum uniuersale, ut quilibet: tunc enim comprehendit maiora expressis, secundum Imo. in cle. 1. de re iud. sequitur Are. per illum tex. in l. pe. C. qui admit. & late And. Sicu. in consi. 23. sapientissimus, in 2. uol. & in consi. 21. præclare, in 2. uol. & in consi. 26. sapienter, eo. vol. tamen hanc limitationem reprehendit Fel. hic, & And. Sicu. consi. 27. scripsit belliſſime, in 1. uol. sed pro sol. uide eū dem consi. 25. in 2. uol.

SVMMARIVM.

1 *Rescripta diuersa contra unum, & super eodem ad diuersos iudices impetrata, si impetrans utroque utatur, non ualent, quia impetrans priuatur commodo utriusque. 6.*
2 *Rescriptum quod est effectum commune, non tollitur, nisi per consensum communem.*
3 *Rescriptum secundum, non faciens mentionem de primo, non est ipso iure nullum.*
4 *Rescriptum alias ualidum irritatur dolo impetrantis.*
5 *Rescripti primum, quod potest elidi exceptione, an requiratur, quod de eo fiat mentio in secundo.*
7 *Citans aliquem super eodem, & coram diuersis iudicibus, an perdat causam.*
8 *Contumax in uno iudicio, citatus in alio, non potest opponere pendentiam litis.*

CAP. XVI.

1 **Ex tenore.** †Qui contra vnum super eo. ad diuersos iudices diuersa rescripta impetrat, & eis vtit, perdit comodū vtriusque. Cōmunis diuisio. Secunda ibi, [Non igitur.] Casus lit. Quidam sacerdos de Collouilla, impetrauit literas ad quosdā iudices p̄ Abbatem de Becco. Iudices citauerunt Abb. coram quibus dictus presbyter noluit respōdere. Postmodum impetrauit alias literas contra eundem Abbatem ad ipſos iudices, quibus hic scribitur, de priorib. non habita mentione, quia cum citassent Abbatem, Abbas proposuit coram eis, q̄ ipſi literas illas nō tenebatur respondere dicto presbytero, q̄a p illas literas ad iudiciū fuerat euocatus, quæ per posteriores non fuerant reuocatæ. Iudices quæ fuerūt quid iuris esset. & Papa respondet, q̄ sacerdos ipse carere debet commodo vtriusque, quia fraudulenter super eodem negotio ad diuersos iudices lit-
2 ras impetrauit. Ber. †No. 1. ar. op. ex tex. q̄ post præsentationem literarum, & citationē secuta non potest impetrator renunciare illis literis, sine consensu rei. Sunt enim literæ per hunc actum
a effectæ communes. [a] De quo uide plene per Inno. & alios in cap.
3 ex conquestione, de rest. spo. †No. 2. quod quemadmodum secundum rescriptum impetratum a diuersa parte, non est ipso iure
b nullum; licet non faciat mentionem de primo, [b] ita & secundum rescriptum impetratum ab eodem, sed opus est exceptione, vt hic. No. 3. q̄ si conuentus coram vno iudice, conuenitur coram alio, potest excipere, quod non tenetur ibi respondere, quia vbi causa cœpta est, ibi debet finiri, vt in l. vbi cœptum, ff. de iudi-
c No. 4. arg. pro & contra, q̄ fraus & dolus [c] sunt diuersa. In hoc tamen multæ sunt opin. de quib. in Iuris gentium, §. sed si fraudandi, ff. de pact. Et vna opinio habet quod fraus idem est quod
d dolus, & hinc tenet ibi Barto. Alia opin. quod fraus inest dolo, sicut

ADDITIONES.

a Communes. Adde Ale. consi. 34. 1. li. Ro. consi. 344.
b Zac. Licet non faciat mentionem de prima. Adde Cald. consi. 62. incipiendo pupillis, col. 6. uer. insuper, cum sim. Videtur enim ut subdit iste tex. uelle uti tali exceptione, impetrando secundū rescriptū, per quod in effectu a primo recedere intendit, facit quod no. Cal. de deci. c. nulla, consi. 14. cod. Old. consi. 219. inc. quidam Hug. in prin.
c Fraus & dolus. Adde Bal. in l. quæ fortuitis, in uer. & præmitte ad euidētiam C. de pig. act. vbi proprie fraus dicitur contra fidem, dolus autem non solū fidem, sed etiam extra committitur, & ideo tanquam genus de pluribus predicatur, & ibi dicit, q̄ duplex est dolus, alleg. nota. in §. si fraudandi, lic. & uide gl. in l. ij. in uer. neque dolus. C. de in litem iuran. & Alb. in dicto suo i uer. fraus, & i uer. dolus, & de dolo, uide quod no. Bar. in l. j. ff. de fideiuſſo. post gl. & in l quod Neruа. ff. depoſi. & per Doc. in c. unico, de commodato. Nam dolus est crimen. d. l. 1. cum gl. & ibi Bar. ff. de fideiuſſ. tuto.
d Seb. Sap. Ineſt dolo. Quod dolus sit tanquam genus, & fraus tanquam species, voluit gl. in l. ij. C. de in lit. iuran. dum vult, q̄ dolus clam & palam committitur, fraus tantum palam, sed confunditur hæc differentia per tex. in l. ij. C. de app. præſe. li. 12. ibi, clandestina fraude, iuncta l. 1. ff. de of. præſe. vrb. ubi euidenti fraude. Aliter sentit Bal. in l. quæ fortuitis, col. 2. C. de pig. act. quod fraus dicitur proprie, quando fit contra fidem, dolus quando fit etiam extra fidem, c. in mandatis, di. 43. de his late dixi in l. quod Neruа, in 3. no. ff. depo. Communiter tenent opinionem gl. Optime facit l. libertus, la 2. ff. de in ius voc. & ibi Bal. & Ang. & per eundem Ang. in l. 1. ff. eo. propter gl. vt obiicies per quos dicit fuisse consultum in quæstione arduiſſima, q̄ lo la productio belli, uel productio seu positio inquisitionis in actis, non inducit pendentiam processus. de quo remittit se ad l. 1. C. de iud. Adde Car. consi. 27. inci. in De, & c. in causa & quæstione excellentissimi, in 3. col. ibi, secundum diſcutiendo, vbi etiam allegatur gl. in uer. vexare, in cle. j. de resc. & ibidem Car. dicit in & per illam glo. fi. Quod non dicitur contrauentum transactioni, donec aduersarius vexet. sed illa gl. solum dicit, vbi agitur de refectione expensarum, non sufficit sola impetratio, & vide ibi Imo. ad fi. Adde Do. in c. quoniam. in prin. de immu. ecc. li. 6. & Ale. in consi. 304. uiso themate supraſcripto, & in l. si q̄ maior, in ij. col. C. de transa. qui tex. multum facit in p̄mū. Sed rīdet illud odio iurantis, qui uiolat iuramentum & non attenditur ibi vſus, quia iurauit q̄ supplicauit, est periurus, quia omnino iam recesſit a iuramento, & facta recipit recedere. Quod intellige, q̄ supplicat causam committi, non facta mentione de iuramento, alias secus f'm Car. d. consi. 29. Nec ob. l. 3. in prin. q̄ quisq; iur. quia f'm Doc. ibi est spālis prouisio inducta in odium impetrantis ius iniquū, vt fiat retorquutio, etiam si eo nō sit vſus. Nec ob. c. dispendia de resc. in 6. quia intelligitur illud, quod ibi dictum est cum effectu, quod fecerit vſus pſentādo, & faciēdo citare, ēt reo nō fatigato, & per p̄s male log. hic Hoſ. q̄ sola ipetratio absq; vſu iducit pēnā. Præterea d. l. si quis maior. & d. l. 3. ponunt casus spāles f'm Arch. 11. q. 1. c. placuit. Nec ob. l. 2. & ibi Bal. in fi. C. q̄ si libel. Princi. datus. vbi hēs, q̄ sola impetratio rescripti, interrumpit præscriptionē, quia illud procedit quo ad perpetuationem actionis annalis, & p̄toriæ, ut no. gl. in d. l. libertus, la 2. Facit ēt l. si falsos, C. de fal. & quod no. Bar. in fi. diuus. ff. e. q̄d no. in l. si uteris. C. de fi. inſt. q̄d sentit iste in summario in c. accedens, de cri. fal. & vide tex. in c. cū p̄, in ver. vſum fuisse, de testi. cog. & uide tex. & ibi istū in c. inter dilectos, de excef. p̄la. in 5. no. & non dē quod uti instrumento ante, quam sit in iudicio productum, tex. est & ibi per istum in ij. no. in c. imputari, de fide inſtr. Adde Ale. consi. 92. 1. li.

sicut species generi. Non dolus potest esse sine fraude; sed non fraus sine dolo. Vnde fraus est dolus adhibitus ad cōmodū proprium, & ad deceptionem alterius, & hanc opin. tenet ibi glo.
4 quæ satis placet. facit l. fraudis. ff. de regu. iur. † No. vlt. q̄ in pœnam dolosi, & fraudolenti, quandoque irritantur literæ, aliās validæ. Et facit iste tex. pro his, quæ dixi supra. n cap. præcedenti.
5 † In glo. 1. no. bene istam glo. quia est magistra in sua materia; & est addenda & coniungenda cum glo. in c. 1. supra eod. Et no. ex princip. istius glo. q̄ quis potest impetrare plura rescripta ad diuersos contra eundem, dummodo non vtatur vtrisque. Et sic vult glo. q̄ ex sola impetratione diuersorum rescriptorum contra eundem, non insurgit annullatio vtriusque rescripti, sed ex solo vſu vtriusque rescripti Hoſtiē. dicit, q̄ ex sola impetratione debet quis priuari commodo vtriusque rescripti, quia videtur fecisse in fraudem. Nam si timebat mortem iudicis, debebat impetrare sub nomine dignitatis. Sed Doct cōiter tenent opi. glo. Nam vt dicit Ioā. Andr. nullum interesse potest prætendere aduersarius ex impetratione secundi rescripti; præcipue si impetrator vtatur primo. Si vero vtatur secundo, tunc posset procedere opi. Hoſtiē. quia potuisset impetrare in fraudem propter lites exortas post datam primi rescripti, & ante impetrationem secundi. Hæc limitatio Io. And. pōt procedere, vbi potest cadere
a fraus, aliās secus. Pone enim q̄ super eodem negotio sint impetrata diuersa rescripta ab eodem: certe nulla fraus imminet, si impetrator vult vti primo, vel secundo. Posset tñ dici, q̄ ex quo habuit primum validum, non habuisset f'm, si fecisset mentionē de primo arg. j. c. postulasti. Et forte hac consideratione habita posset dici f'm rescriptū esse surreptitium, sed non incidit impe-
a trator in pœnam huius c. nisi vtatur vtroq; [a] Et ad literam quæ ponde rat impetrationem, dic, q̄ ponderat in effectu propter vexationem inde secutam. In eadē gl. 1. ibi: [Mutuo se impediunt] Hoſti. dicit, q̄ in hoc casu est Papa consulendus; & hoc verius.
6 † Et in fi. gl. no gl. & tene eā mēti, q̄a quotidie allegāt. Ex qua habes vnam regu. in literis contentiosis, vt valeāt secundæ non facientes mentionem de primis, si primæ sint elidibiles, per exceb ptionem: multo ergo fortius idem dicendū, si sint nullæ. & hāc opi-sequuntur do. in c. ex parte, [b] supra eo. per illum text. Et hoc idem vī procedere in literis beneficialibus, vt no. glo. in c. cū nostris. de concess. p̄b. & in c. suggestum, de iure pa. & in c. in nostra, infra eo. quas glo. no. Sed Goff. tenet p̄riū, in c. literas. de despon. impub. & refert glo. in c. non præstat, de reg. iur. lib. 6. Do. tenuit mediam viam. Dicit enim, q̄ aut inualiditas primarum literarū surgit ex defectu impetrantis; & procedat dictum glos. aut sine suo defectu: puta, quia iudices mortui sunt, & procedat contraria opinio. Aliter autem no. Cald post Ioan. And in d. c. in nostra. Ego sic distinguerem, quod aut tempore impetrationis secundarum, primæ erant nullæ ipso iure: & valent secundæ, vn-
c decunque surgat defectus, vt in cap. non præstat, [c] de regu. iur. lib. 6. Aut primæ erant aliquæ, sed ex post facto incœperunt corruere: & tunc si sunt literæ ad beneficia; non valent secundæ tanquam surreptitiæ, vt A in c. si eo tempore. eo. lib. 6. Aut sunt ad lites; & tunc aut ex defectu primi impetratoris literæ suæ corruunt; & valent secundæ: & sic loquitur c. plerique, infra eod. & supra eo. c. si autem. Aut sine suo defectu; & tunc puto, q̄ secundæ possunt elidi per exceptionem tanquam surreptitiæ, habito respectu ad tempus impetrationis, argum. infra eod. c. super literis. Aut literæ primæ tenent, sed possunt annullari per exceptionem; & tunc aut per exceptionem competentem tertio; & non valent secundæ, tanquam surreptitiæ. Exemplum in materia ca. mandatum, infra eod. Aut per exceptionem competentem secundo impetratori; & valent secundæ, argu. in l. si dari stipuler.
7 ff. de verborum obliga. & l. non videtur latitare, ff. de iudic. † In glo. fin. in fi. No. singulariter istam glos. ex qua habes, q̄ faciens aduersarium citari coram diuersis iudicibus, non debet regulariter perdere causam. Sed satis est; quòd reo excipiente, condemnetur in expensis secundi iudicij; & sic intelligenda est l. vbi
d cœptum, [d] ff. de iud. vbi dicitur, q̄ vbi iudicium cœptum est, ibi
e debet finem habere. [e] Fallit fauore libertatis, vt tunc actor perdat causam; & sic intelligitur l. 1. C. de asser. tol. Vitramō. tenuerunt ibi contra opin. huius glo. vt regulariter perdatur causa; sed communiter tenetur opi. huius glo. quam tenuit Innocen. hic.
8 † Nunquid autem conuentus coram secundo iudice possit indifferenter excipere de conuentione prius facta coram alio iudice? Et credo, q̄ si in primo iudicio fuit contumax; nec purgauit contumaciam, non potest excipere coram secundo. Quia non potest vti beneficio primæ instantiæ, ex quo eam non approbauit comparendo, argumen. opti. in l. sancimus. C. de iudi. Nam si in vna; & eadem instantia non auditur; nisi prius purget contumaciam, vt ibi, fortius nec in diuersa audiri debet. Et videtur de mente Bartoli in l. sepulchri. ff. de sepulch. vio-
f la. Et per hoc dictum infero ad not. limitationem istius texb tus, quòd si citatus vigore vnius rescripti, non comparuerit, non poterit postmodum excipere, si citetur vigore alterius.

ADDITIONES.

a Seb. Sap. Vtatur vtroque. Videtur verior opinio, quòd etiam si non vtatur secundo rescripto, cadat in pœnam per tex. in c. fina. infra eo. vbi tex. imponit pœnam non solum, quia reus fatigatur; sed etiam quia malitiose fuerunt literæ impetratæ; & sic concurrit duplex ratio. Ergo licèt vna cesset quòd reus non fatigetur, non cessat secunda, videlicet ratio malitiæ. ergo debet puniri per regulam. §. affinitatis Institu. de nup. cum no. p. r Abb. in c. quoniam frequenter. §. porrò, infra vt li. non contesti. Nec obstat, q̄ in pœnalibus non fiat extensio. Nam fit, quando militat ratio expressa, l. nec in ea l. quod ait, in prin cip. ff. de adulte. cum similib. faciunt ad h c notata, & scripta in l. 3. in princ. ff. quod quisque iur.
b In cap. ex parte. Vide ibi Imo. & But. Card. But. Imo. & istum de exceptio. capit. dilecte. Calde. de præ. consi. 29. Istum post Hoſt. in c. per vestras, in 3. colum. de donatio. inter virum, & vxorem, & in capi. oblatæ, in vltimo nota. de appel. Roma. consi 383. incipien. dubitatur primo, vtrum electa &c. in 6. colum. alleg. Calder. in hoc titu. consi. 13. & vide Cardina. consi. 94, nobiles viri. in ver. quarto obiicitur. I omi. in capitu. quoniam, in 3. colum. 18. distin. Oldra. consi. 329. quidem Hugo. post prin. Istum consi. 99. in causa, & quæstione. Barto. in l. si filius, per illum tex. ff. de inter. actio. Roma. consi. 224. ista capitula. & consi. 220. circa primum, in 5. colum. Guliel. de Cu. in l. eum qui. in prin ff. de cōstitu. pecu. refert Pau. de Caſt. in l. ita demum, C. de procurat. Rotam in hoc tit. 63. in antiquis. no. quod de gratia. de appel. 69. in antiquis. & in hoc titu. 11. in antiquioribus. Negi. deci. Rotæ. 191. fi pars. & Alexand. consil. 97. incipien. visis processibus, in fin. in secundo volumi. Bal. in l. edita. in pen. colum. in repeti. Paduana. C. de eden. refert Alexand. in l. 1. C. de his, qui pœnæ nomi.
c Regula, non præstat. Vide ibi Io. An. & dicam in ca. venerabili, in 2. colū. post istum de offi. deleg. Et gl. istam limita. 7. modis, vt hic per Moder. *Clarius in c. 2. ad fil. presbyt Ab. 6. & c si motu proprio de proben. & in c. constitutui. infra eod.*
d Vbi cæptum. Limitatur per Mod. hic 11. modis l. vbi cœptum. & dixi plene in no. illa meis, in ver. iudicium, in notabili incip. regula est.
e Seb. Sap. Finem habere. Vide aliqua per Dec. in rub. infra de iudi. col. 7. in 1. lect. And. Sicul. in c. ex transmissa. infra de foro compet.
f In l. sepulchri. ff. de sepul. vio. l. Adde Io. And. in addit. Spec. in titu. de comper. iudic. adi. in §. 1. ver si. sed pone. Bar. in l. quamuis, in 3. colum. de dam. infect. Pau. in l. quamuis, per illum te. ff. de in ius voc. istum post But. in c. proposuisti, ad fi. de foro comp. Vet. de Anch. in repe. c. postulasti, eo. tit. ver. 7. quæro & in consi. 192 magnifice, in fi. istum in c. dilecti, in pen. col. de foro competen. Bal. in l. de die. §. iubetur, in lect. antiqua. ff. qui fatida. cog. & ibi Alex.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum ad beneficia, debet facere mentionem de aliis beneficijs, quę habet impetrans.*
2 *Impetrans beneficium, debet asserere se esse clericum.*
3 *Beneficium impetratum ab illo, qui licet non sit clericus, tamen vadit in habitu clericali, non potest per ipsum obtineri.*
4 *Papa si rescribit pro indigno, an sit ei obediendum.*
5 *Sufficientia alicuius beneficiati, probatur ex nobilitate, scientia, & dignitate.*
6 *Beneficia plura quis non potest tenere, etiam ex dispensatione Papæ, sine rationabili causa.*
7 *Clausula, si impetrans sit idoneus, semper subintelligitur in literis ad beneficia.*

CAP. XVII.

1 **Cum adeo.** †Non valet rescriptum ad beneficium impetratum, de beneficio impetrantis non faciens mentionem. Cōis diuisio. Secunda ibi, [Cū enim] Casus literalis. Quidam clericus P. nomine impetrauit literas a domino Papa, vt Præpositus, & clerici de Gronzola reciperent ipsum in fratrē & sociū, & Præpositus literas istas oīdit Mediolan. Archiepo. Archiepūs multū miratus fuit, q̄ cū ipse haberet sufficiens beneficiū in ecclesia Modecen. mādauerit dñs pa. vt reciperet in d. ecclesia de Gronzola scribens sup hoc dño Papæ. Scribit Papa Archiepō dicens, q̄ si literarū seriē attēdisset, nihil inuenisset in eis qd ipsius aīum offendisset: qa in literis illis de p̄benda ipsius nulla mentio hēbat, nec dicebat Modecen. canonicus, nec ēt clericus noīabat: & in literis talis erat cōditio, Si dignus existeret ad ecclesiasticū beneficiū obtinendum. Et ex his oībus poterat Archiepūs intelligere, quaēr suerāt impetratæ. f. veritate tacita, & sic nō valebant. Ber. No. primo. prima fronte admirandū de Papa, cū mandat sufficienter beneficiato de bēficio p̄uideri. Nā hic Papa non reprehendit illā admirationē, nisi eo respectu, quia non mandauerat pro illo ex certa scientia. No. secundo, q̄ non est scriptura alicuius facile redarguēda; nisi prius pōderet tota vis scripturæ, qd facit p̄, ppere rīdentes, facit l. inciuile, ff. de legi. Itē no. q̄ nō sufficit in impetratione beneficii mētionē facere de p̄benda, vel canonicatu, sed oportet q̄ fiat mentio de vtroq;. [a] Et in hoc nota istū tex. & tenent do. de Rota decis. 459. alias 449. & est rō, qa pōt qs eē p̄bēdatus sine canonicatu, & canonicus esse sine præbenda, vt no. in c. cum M. supra de
2 constitu. †Itē arg. pro & p̄, vtrum in impetratione sit fienda mētio de clericatu. stylus curiæ hēt, q̄ sic, ied credo, q̄ de iure non
3 sit necesse, qa subintelligitur clausula Si est idoneus. † Sed quæ-
ro,

ADDITIO.

a Mentio de vtroque. Adde Rotam in isto titu. 66. in antiquis, & de præbend. secunda, in antiquioribus, & in isto titu. 23. in nouis, item quidam habens, vbi idem tenet. contrarium tenet Pet. de Anch. in reg. accessorium, col. 49. contra quandam decisionem Rotæ, de regu. iur. in 6. Moder tamen tenet hic communem, & respondent ad rationes Pet. & cum communi tranſit Dominicus in repe. c. postulasti. infra eo. in 9. col. ibi vnde cæteris omissis, & allegat istum tex. & hanc partem tenet hic etiam do. meus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ro, qd si quis defert clericā gerendo se pro clerico, cū tñ non sit ordinatus, nunquid valet impetratio beneficii, si dicit se clericū?
a Cōpo. dicit, q̄sic, qa animi destinatione est clericus, & largo mō
b dici pōt clericus, quia assumptus in sortē Domini, vt in c. cum
ſm, de præb. Sed tu vide no. gl. in c. 2. de insti. & c. si. de p̄sum. vbi
c ꝓcludit ꝓrium, & illud verius. Nā beneficium nō pōt ꝓferri nō
4 clerico, qa non est capax iuris spiritualis, vt in c. cām, de p̄script.
† Vltimo hic quærunt Doc. qd si Papa scribit scienter pro indigno, nunqd est sibi obediendū? Et dicunt, q̄ prima fronte rescriptum p̄sumit falsum, arg. hic, & ꝛ. eod. c. q̄ñ. Sed si apparet de certa scientia Papæ, sibi est obtēperādū. 17. q. 4. c. si quia. §. qui autē. Nā instar sacrilegii est dubitare, an is sit dignus, quē Princeps elegit, vt ibi. hoc dicūt verū, nisi tanta esset indignitas, q̄ salua ꝑscientia, sibi obtāperari non posset. Et nota hoc dictū singulariter, qa facit ad multa. Hoc dictū allegaui, & vario mō limitaui in d. cap.
d A si q̄ñ,[d] & dic, vt ibi. † In gl. 2. in fi. no. istā gl. & quatenus dicit, q̄
5 † in ꝑsideranda sufficiētia, dēt hēri respectus ad nobilitatē, [e] scīā,
e & dignitatē, optime loquit, & ꝓbat in c. de multa, in fi. ℣. de p̄b. Et si diceres, Quare in reb. Dei hētur respectus ad istas qualitates extrinsecas? Rñdet, q̄ per has qualitates ꝓuidet bono uniuersali. Nā sine scīa mūdus regi nō pōt. vñ ecclesia vniuersalis indiget vi
f ris lr̄atis, f vt in c. cū ex eo, de ele. li. 6. & ī c. fi. de mag. facit auth. ha
g bita. C. ne fi. pro pat. Sed quatenus glo. dicit, quod debet sufficere sibi & suis, & intellige de suis quos secum necessario debet tenus gl. dicit, q̄ dēt hēri respectus, q̄ possit recipere aduenientes, habere. Nam si est doctor, vel nobilis, vel habenns dignitatem ecclesiasticam, non debet esse solus, nec sine ministro. Item qua intellige hoc f'm situ ecclesiæ. Nā pōt esse, q̄ ecclesia sit extra ciuitatē, ēt in itinere frequētato, ita, q̄ nō pōt facere cū honestate, qn seruet hospitalitatē, secus aūt esset in ciuitate, vbi bñficiū eēt simplex, ita q̄ hospitalitas nō seruat. In summa q̄lūde, q̄ f'm qualitatē plonæ & f'm situ ecclesiæ iudicabit sufficientia bñficii. Ad
6 hoc vide bonā gl. in c. 1. 21. q. 1. † Et valet hoc ad sciēdū, an & qñ quis bona ꝑsciētia possit tenere plura bñficia. Nā vbi nō subest cā rōnabilis, nō excusāt q̄s quoad Deū, ēt ex dispēsatione Papæ,
h vt no. sentit Io. An. post Doc. in c. dudū, [h] il 2. de ele. In gl. in verb. [De p̄benda.] ibi, [] Dēt inde facere mentionē &c.] hodie hoc est
7 magis declaratū per c. si motu, ꝓprio, de p̄b. li. 6 dic, vt ibi. Vltimo no. gl. fi. q̄d in literis ab bñficia ꝛp intelligit, clausula, Si impetrās
i sit idoneus, [i] etiam si non exprimatur, sicut intelligitur illa, Si prę ces veritate nitantur, supra eod. in capitu. 2.

ADDITIONES.

a Animi destinatione. Adde Pau. de Ca. consi. 350. videtur, quod dicta sententia. facit. l. j. §. fi. ff. de bo. poss. ex test. mil. Spe. de act. & pe. §. super actionibus. uer. sed nunquid sublatis. Rot. de prob. in 11. antiq. no. q̄ clericus. Arch. in c. si quis suadente, in pe. col. 17. q. 4. adde l. 3. cum gl. ff. de fun. dot. Bal. in l. ex facto proponebatur, ad ff. de hære. inst. facit consi. Alex. 16. viso ti. in pe. col. tex. in l. & si non sunt. §. quid ergo, ff. de au. & ar. le. Rot. de test. 1. in antiquiorib. Domi. in c. ponderet, in fi. 50. dist. & in c. cum in illis. 6. 1. de præben. in 6. Maria. in c. de multa, in 2. col. de præb. Pet. de Anc. consi. 5. contra donationem, ad fi. Alb. in l. 1. §. 1. in 1. col. ff. de off. præf. urb. & ibi Bal. in 3. colum. bo. tex. in cle. ne Romani, de elect. & Domini. in c. præsenti, § porro de præb. lib. 6. Bar. in l. uestimentum. ff. de auro & ar. leg. do meum in c. iurauit. de proba.

b Seb. Sap. Dici clericus. Vide multa accumulata ad, istam materiam per Do. And. Sic. consi. 20. prælare dixit. in 3. uol. Et contra terminos illius consilii cō suluit Ale. in consi. 98. in 3. uol. uide etiam ad hanc materiam eundem And. Sic. in cōs. 7. in 1. uol. aliqua per D. Iasonem in l. admonēdi. col. 12. ff. de iurei.

c Et illud uerius. Adde Cal. in d. c. 2. & hic. quem sequitur Do. hic per l. ex eo. ff. de mili. test. & uide dom. meum hic allegantem l. nulli. C. ne sacrum bapti. & ibi Bar. & Bal. in auth. si qua mulier, in 6. C. de sacrosc. eccl. quod bona morientis intra annum probationis, non sunt monasterii, de quo plene per do. meū, in c. 2. de test. & facit c. beneficium, cum gl. de reg. iu. in 6. Et pro hac ueriori opinio. uide text. cum glos. in l. si nondum, C. de furt. & ibi Bal. facit Rot. de præb. 17. in antiquioribus, & de iurepa. 10. in antiquis Inn. de sepul. c. abolendæ. Car. in cle. fi. quasi in fi. de refer. Domi. in c. 1. ad fi. de resti. in inte. in 6. facit c. sicut ex literarum, de homi. & quod no. in c. ecclesia, de immu. eccle. & ibi Do. Arch. 21. q. 1. §. fi. post Io. de Fantu. Host. in summa huius ti. 6. quæ possunt obiici, uer. professio certa Istum post alios in c. ex literis, de transact. per illum tex. facit. l. certa. §. fed si parauerit. ff. de leg. 1. & ibi Bar. Ang. & Imo. & ibi Ale. respondet ad l. 3. §. quid ergo. ff. de contra. & uti. ac. tut. de quo textu fecit festum Rom. in l. si ex legati causa, in 4. col. ff. de uerb. oblig. & do. meus in rep. rub. de reb. eccl. non alie. fol. 30. ibi, & inquantum superius. & reprobat Ale. in d. §. fed si parauerit dicta Alb. in 12. par. statu. q. 205. item habeo duas pulchras quæstiones, vbi plura allegat in hac materia destinationis; quæ reuera uidetur brocardica, vt dixt Ale. consi. 95. inci. alias consultus, in 3. uolum. & Fran. de Are. consi. 6. in ult. col.

Ant. Fran. Vtrum bona ingredientis monasterium, si egrediatur ante professionem, vel intra annum probationis, recuperet bona, dicas, q̄ sic, quia licet per ingressum monasterii, bona transferantur in monasterium, ut in auth. ingressi, C. de sacrosc. ecc. cum simi. tamen illud est uerum, si emisit professionē expressam, uel tacitam iuxta materiam. c. licet de reg. immo posito, q̄ per ingressum simpliciter bona applicarentur monasterio, tamen eo egresso, daretur reuocatoria contra monasterium. Pro quo uide glo. fin. in c. in præsentia, de probatio. & habetur per Barto. in l. si mater, in fin. C. de suis & legiti. & utrum ualet ingressus cum reseruatione bonorum, uide Bart. in d. auth. in gressi, in 2. col. in fect. & in repe. in 6. col. Et communis opin. est quod ingressus ualeat, non autem reseruatio, de quo per Ale. in l. 1. §. pe. ff. de uerb. ob. & per Io. And. in c. fi. de condi. appo. & Bal. in l. si pater. ff. de adop. & in l. 1. §. il lo, C. de Lati. liber. tollen. & per Bal. Ang. & Imo. in l. si quis institutus fuerit, & excepto fundo, de hær. insti. & habetur per Do. Car. & Doc. in clem. fi. de re. & per D. Ant. & Doct. in c. 2. de statu mon. & per Io. de Imo. in l. ubi. ff. de do na cau. mor.

d In d. c. si quando. Videtibi per Mod. & quæ notantur in c. quanto, infra de consue. in c. inquisitioni, de sent. ex com. & in c. ad aures, de temp. ord. vide magistrum Rober. de Litio in suo quadra. sermone. 34. in c. si quis uoluerit matrifieri, allegantem Albe. Magnum, q̄ promouentes ad ordines, uel curam scienter indignum, absque dubio peccant mortaliter.

An. Fran. Circa hoc, an promouens scienter indignum, peccet, vel aliter teneatur ecclesiæ ad interesse, uide no. per Mod. in cle. 1. de æta. & qua. & quæ apposui. quam posui supra in c. si quando, in 1. col. hoc eo. ti.

Vbi idem quæritur. & in capitu. cum teneamur. infra de præb. nd. & c. significauit de offi. ordi.

e Ad nobilitatem. Adde Inn. in c. dudum, il 2. ad fi. de elec. gl. in c. constitutus, in uer. impotentiam, de app. & ibi Phi. post alios in 5. colum. Doct. in c. de multa, in fi. de præb. in uersi. sublimes, & literatas, & Tho. quoli. 6. artic. 9. in contrarium facit tex. in capitu. uenerabilis, de præben. & glo. 24. q. 1. capitu. quæniam uetus. & Bal. in l. in dando. ff. de tuto. & cura. da. ab his, & glo in l. scītas, quæ est l. 5. ff. pro socio. Cyn. in l. prouidendum. per ilium tex. C. de post. & Roma. in l. si uero, §. de uiro, in 53. fallentia, ff. solu. matrimo. Et de nobilite uide plene Barthol. Cæpol. in tracta. de impetratore militum, alias de militari. dixi plene in rep. c. grandi, de sup. negligen. præla. li. 6. Idem dicas præstandis uictualibus per istum, supra de constit. cum omnes, in pe. colum. & ibi dixi. & uide bo. gl. 2 1. q. 1. in c. 1. in verbc, necessitatem. & c. non cogitur. 41. dist. Adde Rom. sin. suis, fol. 20. inci. nobilitas.

Zacharias. Dic tu, quod iste dum uoluit allegare Roman. in suis sing. q̄ est sin. 446. quod incipit nobilitas inducit præsumptionem, facit melius singu. suis 487. incipien. heri fui interrogatus. ubi legitur in terminis huius ex suis, quibus adde Pau. de Cast. consi. 127. & consi. 229. & Bar. in l. 1. C. de dignit. a. li. 12.

f Viris literatis. Vide Io. Mona. in c. super eo, & de hære. li. 6. ubi dicit, q̄ ecclesia indiget uiris literatis, & non asinis ferratis.

g Suis, uide istum in c. 1. in glo. pe. ad fi. de cohabita. cler. & mulie. & gl. & docto. in c. studeat, 50. di.

h In c. dudum. Vide ibi gl. in uer. retinere. & ibi Doct.

i Sidoneus. Vide quod legitur, & quod no. in c. fi. de præsum. & in cle. unic. in uer. constiterit, de offi. dele.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum dubium debet reduci ad ius commune; etiam quod uerbis proprietur.*
2 *Processus factus contra ius, quia iudex male intellexit canonem, uel legem, est nullus.*
3 *Processus, an & quando potest pronunciari nullus parte absente. Iudex potest parte non citata procedere, quando notorium est ipsam nolle habere defensionem.*
4 *Peremptoria citatio quomodo fiat.*
5 *Clausula in fine posita, an & quando concernat præcedentia.*
6 *Statutum an & quando debeat interpretari secundum ius commune.*
7 *Priuilegium qualiter sit interpretandum.*

CAP. XVIII.

1 **Causam quæ.** Ordo † rescripti interpretationē recipita iure cōi. vel ad idē sic. Clausula
rescripto posita, dēt ad statū iuris reduci, vbicūq; ista reperiatur.
In prima parte ponit partis ꝯquestio. In secūda resp̄nsio, & iu
dicū instructio, ibi, [Nos.] Casus h. Inter ecclesiā Præmostratē. e
una parte, & ecclesiā Pramō. ex altera vertebat q̄dā cōtrouersia
sup quibusdā possessionib. Cā fuit ꝓmissa sub hac forma: Si alte
rutra partium legitime citata nō venerit, vel iudicio parere ꝓ
pserit, recipiatis partis p̄sentis probationes, & qnātū de iure po
teritis; in causæ cognitione, ꝛc decisione, ꝓcedatis. Orta fuit dub
tatio sup forma huius rescripti, ex eo, quod dicebatur, si aliqua
pars citata &c. recipiatis, ꝓbationes alterius, & cām terminetis.
Dicebat, q̄ ēt li. nō cōte. poterāt recipi testes, & sñia ferri pp cō
tumaciā alterius partis. Quæsiuerūt iudices, qd iuris esset. Dicit
Papa, q̄ clausula illa, quātū de iure poteritis, p̄cedere dēt clausulā illā, de probationū receptione; & ante illam fuerat inserenda
vnde monet, vt clausulā intelligant ibidē, vbi ab initio debuit
poni. & in causa ipsa iuxta tenorē literarū priorum, p̄cedāt; ita
men. vt si legitime in eodem negotio est processum, stabiliter g
sequeret. Si vero occasione illius clausulæ aliqd in p̄iudiciū partis
alterutrius est attentatorum, illud decernit Papa nō valere. Ber
No. j. tria dicta notabilia & mēti tenēda, q̄ pūt ex hoc tex. colligi.
a Primū dictū, q̄ rescriptū p̄cipis dēt in dubio reduci ad i⁹ cōe.
& si

ADDITIONES.

a Ad ius commune. Adde text. in capitu. licet, de præben. glo. in c. paratus, in uer. prodesse. 23. q. 1. Old. consi. 268 quæstio est, vtrum per priuilegium, ad ibi, & ulterius sepe compertum est. Card. in isto titu. consi. 2. & de sententia commu. consi. 1. Bald. in l. 1. versus finem, ff. de consti. princ. Dom. in capitu. licet canon. §. fin. in ij. colum. de electio. in 6. post Ioan. Mon. & Ioan. And. ibi, Bald. supra eod. capitu. cum ordinem. in 5. colum. uersicu pone ergo, & Papa contulit Roma. consi 350. ad fi. Host. in summa huius titu. §. de ipsius interpretatione, per totum illum § Cardina. consil. 94. nobiles viri domini de Vinciguerra. facit quod noluit Oldra. consi. 38 quem sequitur Ana. in capitu. fraternitatis, in penult. colum. de hære. & quod no. Cald. de reg. consi. 33. & Bal. in c. super eo, in prin. de offi. dele. quod rescriptum Papæ recipit limitationem a iure communi, & omnes clausulæ appositæ in rescriptis, testimoguntur ad litigantes, & quod no. in l. falso. C. de diuer. rescrip. Facit quod uoluit Rota de ap. 3. in nouis, versicu. fi. & Aegi. dec. 419. si adiutori, & sequen. & Lu. consi. 362. quo ad primum artic. post prin. & Phi. in c. ut debitus, ad fi. in fo. pe. de app. & per Moder. hic. Adde Ro. consi. 330. Fulg. consi. 61. Pet. de Anc. consi. 354.

a etiam si oporteat id facere per improprietatem verborum, a seu per transpositionem clausularum. Et ratio huius dicti est: quia rescriptum conceditur ad iuris obseruantiam; nec aliquid debet continere contra ius, quia tunc esset priuilegium, vt no. dicit glo. super ver. noscatur, in fi. in capit. 1. de consti. lib. 6. & per Cy. in l rescripta, C. de p̄c. Impe. offe. Ideo, vt rescriptū non operetur contra naturam suam, debet ita & taliter intelligi, vt nō obuiet iuri communi. Quod intelligo, quando verba hoc patiuntur. Num, vbi nulla esset ambiguitas, cessat illa communis interpretatio, vt l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. de lega. 3. & ex his ha
2 bes claram rationem decidendi ad hunc text. † Secundum dictum notabile est, quod processus factus vigore literarum male intellectarum, non subsistinetur ex errore male intelligētium: sed si reperitur processus contra ius, debet pronunciari. Et ex hoc infertur, quòd si iudex processit contra ius male intelligen-
b do [b] legem, vel canonem, processus nihilominus est nullus. Ad hoc cap. cum dilectus, infra de consuetu. vbi bo. tex. Et secundum hoc debet intelligi glo. in ca. vnico, de postulatio. præla. lib.
3 6. in verbo, de cætero. † Tertiū dictum notabile est, quòd pro-
c cessus potest pronunciari nullus parte absente. c Sic fecit hic papa, quod dicit Abbas valde notandum. Hoc dictum non admitterem indistinctē, quia regulariter nihil debet iudex facere in p̄iudicium partis absentis, vt in c. omnia, & in c. caueant. 3. qō. 9. & in ca. 1. de causa possessio. & proprietatis. Sed istum tex. saluo
d in duobus casibus. Primo, propter notorietatem. Nam notorie constabat Papæ in hoc nullam defensionem competere absenti, cum dubium surgeret ex tenore sui rescripti. e Et secundum hunc intellectum habes hic casum, quòd parte absente, non citata, potest iudex procedere, si notoriæ constat nullam defensionem competere absenti. Et in hoc casu intellige capitulum, cum olim, de re iudicata, & ibi dixi. Et videtur bo. tex. in l. secunda. §. quod de frumentaria, ff. de admini. rerum ad ciu. perti. & ibi Barto. Secundo saluo, quando nullitas surgit ex interpre-
f tatione rescripti [f] apostolici. Nam quemadmodum ipse Papa potest interpretari suum rescriptum parte absente, vt in capitu. cum olim, de verborum significatio. & ibi no. ponit Innocen. ita & decernere potest nullitatem actus accessorie prouenien-
4 tem ex interpretatione rescripti. † In glo. secunda ibi, [Post ipsum terminum peremptorium.] per hoc dictum glo. dicunt Innocen. & Compost. quòd ista clausula comminatoria appositā
g apponi in termino peremptorio, g vt in d. l. in perēptorio, ff. de iud. Sed Barto. aliter distinguit in l. si finita. §. Iuli. ff. de damno infec. Dicit autem, aut iudex comminatur se processurum quantum de iure poterit, vel per verba similia, & tunc non habet
h vim peremptorii, h quia potest intelligi, quòd procedet ad aliā citationem. Aut comminatur se processurum ad decisionem, & cognitionem negotij; & tunc haberet vim perēptorij. Idem videntur velle Domi. de Rota, deci. 237. Sed ꝑhoc dictum opp. de d. l. in peremptorio vbi dr. q̄ iudex in perēptorio comminat se processurum ad cognitionem, & decisionē & c. Ergo nō hēt vim peremptorij. Solu. respondeo dupliciter sustinendo Barto. quòd tex. ibi non imponit necessitatem iudici, vt apponat illam clausulam. Vnde dico, quòd illa clausula ponitur ad cautelam, cum exprimitur peremptorium, quia terminus peremptorius, habet vim trinæ citationis, vt in l. tres denunciationes, C. quomodo, & quando iudex, & in l. contumacia, ff. de re iudica. & vigesimatertia, quæstio. 3. capit. de illicita. Et vide plures practicas per glo. in capi. constitutionem, de sententia excommunicatio. libro 6. Et sic quatenus glo. hic dicit, quòd debet poni illa clausula in peremptorio, non bene dicit, si per verbum, debet, intendit inducere necessitatem: secus de honestate. Secundo, & melius potest responderi, quòd tex. in d. l. non dicit, quod in peremptorio debeat exprimi illa clausula; sed potius declaratur, quid importat peremptorium. Nam dicendo, cito te peremptorie, nihil aliud est dicere, quam comminari de non expectando vlterius partem: sed de procedendo vlterius ad cognitionem, & decisionem, quantum de iure poterit fieri. Si ergo importat significatum peremptorij, debemus dicere, quòd verba explicite prolata, habent vicem peremptorii; quia non refert quid ex æquipollentibus fiat, in capit. licet ex quadam, de testi. &
5 l. certum, ff. si certum petatur. † In glo. [in verbo, [Inferenda] ibi, [de ap. cap. inquisitioni.] Aduerte, quia glo. corrupte inducit illud capit. inquisitioni. nam probat totum contrarium, & de eo potest formari fortis oppositio ad istam reuolutionem clausularum, quam Papa hic fecit. Nam tex. ibi dicit, quòd clausula, omni appella. remota, concernit omnia præcedentia: ergo ista clausula, quantum de iure poteritis &c. debet concernere omnia præcedentia; & sic qualificare id, quod fuerat dictum de probatione recipienda; & tunc absurditas nulla surgebat. Solu. dico soluendo contrarium dupliciter. primo quod clausula in fi.

posita

princ. C. de inofficioso testamen. vide d. Ias. in l. 3. §. si is pro quo. in princ. ff. quod quisque iur. Fel. in cap. 1. colum. 4. versi. priuilegium, supra eod. Dec. in consi. 124. in 3. colum. & seq. Sco. in l. nemo potest, in penul. colum. ff. de legat. 1.

b Male intelligendo. Vide no. per Moder. in c. 1. de sen. & re iud. cum concord. ibi positis per eum.
Adde tu Pet. de Anch. consi. 191.
Zachar Adde de hac q per Fel. in cap. 1. colum. 8. circa fi. ver. limitatio nota. de re iud. eundem in cap. cum ex offi. colum. 11. versi. 5. conclu. de præscrip. Maria. de Se. in cap. illa, in fi. quem ibi refert, & sequitur idem Fel. de accu. vbi alleg. Innoc. in c. cum ex offi. supra alleg. & Roma. sing. 45. incip. iudex pronuntiat.

c Parte absente. Adde Domi. in capitu. inquantum, in notab. vigesimaprima distinctio. per illum tex. in ver. absque omni controuersia, ad idem tex. & ibi Dom. in cap. relatum, 3. quæst. 2. licet contrarium firmet hic Imo. & dom. meus.

d Propter notorietatem. Adde tex. secundum' dom. meum hic, & in capitu. bona. il primo, in versicu. porro, de electio. & quod legitur, & notatur in eapitulo, cum olim, de re iudica. & est bona glo. in terminis in capitu. fua, in glos. fi. de offi. vica. vbi no. quod iudex potest pronunciare super nullitate ex defectu impotentiæ iudicis, vnde infert, quod ecclesiasticus potest pronunciare nullum esse processum habitum per secularem contra clericum coram eo factum, etiam parte non vocata, licet Imo. & do. meus hic aliter velint, & non bene, vt hic per Mod.

e Adde, de' hac materia videndum late Franc. de Aret. consi. 164.

f Sebastianus Sapia. Sui rescripti. Comprobatur, quod etiam non citato possessore, iudex potest dare licentiam alteri ipsum expellendi, quando constat notorie ipsum possessorem fouere iniustitiam, vt per Abbatem post Innocen. in cap. accepta, infra de restitu. spoliato. no. Roma. in consi. 599. in præmissa, columna 2. Deci. in consi. 191. incipien. in causa, quæ agitatur, columna 4. versicu. sed tamen, Riminal. in l. si pacto, quo pœnam, columna 4. C. de pact.

g Rescripti. Adde Pau. de Cast. pulchre consi. 51. in 3. columna, & Innocen. in cap. cum olim, aliter intelligit eum ibi But. in prima columna, & hoc intelligo in papa. In interpretatione autem ab inferiore a papa iudicialiter bene requiritur citatio, secundum Innocē. & Butri. in d. capitulo, cum olim, in termino peremptorio. Tu adde Ioan. de Imo. in capitulo, cum dilecti, in versicu. & no. quod in perempto. & in versic. an autē facta citatione super tota causa, infra de dolo & contuma. & Docto. in cap. consuluit, de offic. delega. & in cap. auditis, de procura. & in capitu. tum ex literis, de in integrum restitutio. Bald. tamen Ioan. de Imo. in d. cap. cum dilecti. communiter seruari, quòd comminetur se processurum ad ulteriora, etiam vsque ad sententiam inclusiue. Et quando sit opus peremptorio, & quomodo, vide pulchre Sal. in l. si ea. in pen. colum. C. qui accusa. non pos. & Barto. in l. ad peremptorium, ff. de iud. & in l. si finita, §. Iul. hic alleg. per Abb. istum & per eundem in d. cap. consuluit, vbi dixit, quod regulariter non requiritur peremptorium, nisi in prima citatione, quę fit in ingressu litis. Item ad sententiam audiendam, in alijs actis iudicij sufficit vna citatio. Facit cap. 2. de test. vbi ad receptionem testium sufficit vnica, & ita Barto. in d. §. Iulianus, nisi vbi agitur de præiudicio graui, in iudicio, vel extra, quia requiritur trina, vt per Innocen. in cap. ad petitionem, de accusa. exceptis decem casibus, qui ponuntur per Moder. in d. cap. consuluit Et regulariter vbi requiritur trina potest fieri vna pro omnibus, iuxta glo. in ca. constitutus, de sent. excommu. in 6. Fallit tamen in 6. casibus, de quibus Ale. in l. contuma. ff. de re iudica.
Adde, vt per Oldr. consi. 3. & quando sufficit vna pro omnibus, vide Roma. sing. suis, folio 23. in fi.
Antonius Franciscus. Ad istam materiam de peremptorio, quæ satis diffuse vbique traditur, vt in l. ad peremptorium, ff. de iud. & in l. si finita, §. Iulianus, ff. de damno infec. & in l. consentaneum, C. quomodo, & quando iudex. Adde quod statutio termini facta per iudicem, in dubio videtur esse peremptoria, vt in l. fi. ff. de fer. & in l. prima, C. de dila. & habetur per Domi. Anto. & Moder. in capitulo, pastoralis, de exceptio. Et an post terminum perempto. ium datum a iudice audiatur volens opponere: no. Doctor. in capitu. quod sicut, de electio. & in capitulo, coram, de in integrum restitutio. & per Ioan. And. Hostien. & Innocen. in capitulo, cum dilectus, de fide instrumentorum, & habetur in clementina prima, de exceptio. & per Archidiac. 30. quæstio. 3. & in capitulo, iudicantur, & 22. quæstio. 4. in capitu. de illicita, & vide in glo. summæ, 13. quæstio. 2. & an omnis terminus datus post litem contesta. dicatur esse peremptorius, habetur in l. cessante, C. quomodo, & quando iudex, & in capitu. sæpe, in capit. super eo. vbi per Innocen. de appel. & tene menti, quod in citationibus, quæ fiunt a principio antequam aduersarius compareat, requiritur peremptorium, si citari faciens, vult adipisci possessio. bonorum, & sibi satisfieri de damnis, & sumptibus, quoniam illa sunt grauis prę iudicij, vt no. voluit Ang. in l. ad peremptorium, ff. de iud. & voluit Innocen in cap. ad petitionem, de accusatio. vbi multa dicit circa istam materiam. Adde tamen, quod etiam si in citatio ne' non adijciatur aduerbium, Peremptorie, si iudex citat ter, subintelligitur illud aduerbium, Peremptorie, de quo vide glo. in cap. si episcopus. 17. dist. & habetur in c. de illicita, & in l. tres denunciationes, C. quomodo, & quando iudex.

h Non habet vim peremptorij. Adde Imo. in d. §. Iulianus, & ibi plene per Doctor. & maxime per Alexan. & Butri. de appel. capitu. sæpe, in 8. columna ibi, hoc puto. Limita tamen hoc tribus modis. Primo, nisi dicatur, Procedemus ad cognitionem, & pronunciationem. Barto. in d. l. Iulianus. Roma. de re iudica. decema, in nouis. Item licet in causis profanis. Butri. in capitulo, quoniam, §. si vero, vt lite non contesta. & in d. capitulo, consuluit, in 6. de offic. deleg. & in capit. ne cler. vel monachi. & in cap. cum causam, de iuramen. calum. & ibi istum in penul. colum. Imo. in cap. ad petitionem, de accusa. & ibi Ana. in 8. columna, Barto. in d. l. ad peremptorium, & ibi Bal. Spe. de cita. §. viso. ibi, & quæro, an clausula. Imo. & Roma. in d. §. Iulianus, Limita secundo nisi comminatio dicat, alias elapso tempore, non audiemus, quæ importat peremptorium. Barto. in l. mancipiorum, prope finem de optione legato, & sequitur Butri. de exceptio. capitulo, pastoralis, in 4. columna. Limita tertio, nisi essemus in iudicijs summarijs, Bal. in rubrica, C. comminationes, vel epistolas, licet contrarium teneat Ludo. & Ale. in d. §. Iulianus.

a Sebastianus Sapia. ¶ Improprietatem verborum. Facit tex. in l. si quando, in

Universidad de Deusto
Biblioteca

f debet aliquid agere sine consensu cap. Vide tñ quod legitur & no. in c. quanto, & in c. nouit, de his quæ fiunt à præla. Non obst. l. ait prætor, ff. de iure delib. super qua se fundat gl, quia ponitur ibi casus specialis in hærede, qui voluit tps ad deliberandum. Nam antequam adeat ille hæreditatem, non potest agere, nec aliqua alienare; vnde hęc regula non est vera indistinctè, ꝙ ille non valet alienare, qui non potest rem in iudicium deducere. Exemplũ in patre, qui super bonis aduentitijs filij potest agere, tanq̃ habens legitimam administrationem à iure, & tñ non potest alienare, vt in l. cum non solum, C. de bon. quæ lib. & in l. j. C. de bon. mater. Item procurator simplex potest agere, vt in c. qui ĝaliter, de procur. lib. 6 & tñ procurator non potest alienare, si non habet liberam, vt in l. procurator totorum bonorum, ff. de procur. Dic ergo, ꝙ qui non potest alienare, non potest rem in iudiciũ deducere nomine proprio. Et sic secundo modo potest intelligi illa l. ait ꝓtor. sed nomine alieno potest, ex quo habet legitimam administrationem, vt in dictis iuribus. & no. Cy. in d. l. j. Non obstat §. & hoc nihilominus, alle. in gl. sed potius facit ꝯ, quia dicit, ꝙ solus œconomus potest agere; licet in constitutione œconomi, concurrat cõsensus conuentus, de quo dicam in seq. quæst. Si verò bona prælati, & cõuentus sunt omnino distincta; tunc prælatus non agit pro rebus conuentus, nec econtra, vt hic in fi. Et in vltimo membro qñ sunt partim diuisa, & partim coniuncta, dic procedendum, vt
7 §. dixi. † Conuentus autem, nunq̃ potest agere in rebus cõibus sine consensu prælati, quia administratio est concessa prælato, & non conuentui, vt hic, & in c. causam, de iud. & d. c. nulla. Excipe à prædictis, qñ negotia sunt ardua, quia tunc de consensu vtriusq;

debent promoueri, vel nisi conuentus, vel prælatus vellet agere super reuocatione rerum male alienatarum, vt in c. si quis presbyterorum, & de reb. eccl. non alie. & vide quod not. in c. cum olim de testib. Nunquid cauendo de rato possit alter eorum admitti
h vide gl. no. in c. 1. de procur. & dic, vt ibi. [h] Et pro his, quæ dixi §. primo membro, vñ tex. hic, si bene ponderetur. Nam quod possit aduenire sine consensu conuentus, dico esse tex. hic not. in 1. part. ibi, [Querelantibus rñdere,] ꝙ possit agere, per rationẽ tex. dicit, ꝙ ex officio suo tenetur prælatus procurare i negotia congregationum suarum: ergo agere in iudicio, vt d. c. qui generaliter. In 4. quæst. nunquid solus prælatus possit constituere procu-
K ratorem, seu œconomum? [k] gl. hic, ꝙ non. Sed Inn. & communiter Doct. tenent oppositum, & hanc opin. credo veriorem, ꝙ
l regula iuris l habet, ꝙ qui potest per se agere, potest per procuratorem, & procuratorem constituere. l. j. de procur. & etiam

religiosis

ADDITIONES.

a Bona sunt communia. A de Butr. Imo. istum & Dom. in c. 1. de procur. Host. summa, de rescrip. præsen. §. quæ possunt, vers. 99. Spec. in tit. de actore, §. 1. col. ibi, quid de sacerdotibus. Card. consi. 333. B. & A. Germani. in 3. col. Ang. l. fin. ff. quod cuiusq; uniuer. nom. Ro. de offi. Archid. 1. in antiq. & eo. tit. pone in antiquioribus. & de excep. 14 in antiq. Host. in summa, de transa. §. quis possit 2. col. Bald. in l. unica, in 24. col. ibi, modo sequitur uidere, C. de consel. Lap. leg. 49. Archid. in c fi. 68. dist. Bal. in c. 1. in 2. col. qui seu. da. pos. Maria cons. prælatus, & plenè per Mod. hic.

b In c. 1. de proc. Vide quæ dixi in præcedenti apostil.

c Verior. Adde Fede. consi. 10. vbi dicit, quòd ex consuetudine potest induci, quòd prælatus solus non possit agere super his, quæ pertinent ad conuentum, vide Lap. alleg. 19.

d Ex causa licita. Adde Rom. consi. 30. & Cald. consi. 3. de reb. eccl. non alien.

e Seb. Sap. Hanc regulam. Vide ad hoc remissiuè per D. Ias. in l. placet, col. 3. princ. in 1. lec. C. de sacros. eccl. & ibi ampliat, vt etiam procedat, quando bona sunt discreta, & separata, uide eũdem D. Ias. in c. 1. col. 8. ver. quæro ultra a qui seu. da. poss. ubi ponit, ꝙ prælatus potest alienare, & infeudare. et dicit Bal. in consi. 5. Abbas exemptus, in 1. parte, ꝙ etiam si turaſſet non alienare, tenuit tamen alienare ea, quæ sunt inutilia ecclesiæ. Adde etiam ꝙ dicit Bal. in l. si quis in tantam, vnde ut. ꝙ Abbas inuadens rem, non præiudicat ecclesiæ, nisi faciat communicato consi. quia est quid ardum.

f In arduis. Adde Spec. & Host. ubi supra, in apost. bona sunt communia, & l. alleg. 49. & Roman. consi 369. circa primum, 7. col. ibi, tertia est ratio. Et plura hic in simili, in quibus propter arduitatem materiæ aliter disponitur quibus per dom. meum hic, & in tract. de præstantia Card. ubi disputat, in 2. princ. vtrum possit introduci consuetudo, ꝙ Papa exerceat aliquid sine Cardinalium consilio, & uide Inn. in c. per tuas, in ver. consensu, de arbit. & in c. fam, il 1. in 2. gl. parua, in 2. col. de iud, & ibi istum in 3. col. & Butr. hic, in 3. in ver. tertio casu. Imo. in d. c. causam, in 2. col. ibi, similiter conuentus. Imo c. fi. in gl. 2. de maio. & obed. in c. ad aures, in fi. de temp. ord. & in c. magno, de noto, & in c. nouit, de his, quæ fi. à præla. & in c. quod in dubijs, de renunt. & Butr. & Imo. & Archid. in c. hi qui, 15. q. 8. & Io. And. in d. c. magnæ, & Abb. clem. 2. de reb. eccl. non alie. restringe tamen secundum Doct. hic, nisi materia quæ alias est ardua, deducatur per viam possessorij, puta subiectio, quam prædicti reputant arduam. Adducit Rotam, quæ hodie est de offi. Archid. prima antiquioribus, & prima in antiquis.

Zach. Adde plenè per Bald. in l. pupillorum, C. de repu. hæred. & istum in c. de his, quæ fi. à præla. & ibi D. Card. Fel. in c. contingit, in col. fin. ver. in ea ibi, non est, de sent. excomm.

Ant. Fran. Circa hoc, an quod facit Papa sine consilio, vel consensu Card. vide glos. in c. ad Apost. de re iudic. lib. 6. & Archid. 25. q. 1. c. sunt quidam concluditur, ꝙ legem generalem concernentem uniuersalem statum ecclesiæ non potest facere sine consensu, nedum sine cõsilio dominorum Cardinalium quinimmo licet Papa habeat largissimam potestatem in annullando ea, quæ sunt de iure positiuo tam facta, quàm facienda, tamen non potest ea, quæ concernerent uniuersalem statum ecclesiæ solus facere, vt per gl. in clem. 1. de mun. eccl. Et de potestate Papæ, est pulchra gl. in clem. ad nostrum, in ver. de hæret. & in c. lector, in ver. Subdiaconus, 33. dist. & per Host. & Doct. a c. magnæ, de noto, Et de potestate quam habet in laicos, uide not. in c. nouit, de iud. & in c. per uenerabilem, qui fil. sint legit. & per D. Anto. in c. uenerabilem de elec. & clem, ne Romani, eo. 1. quæst.

g Si quis presbyterorum. Vide ibi Doct. & not. in cap. cum olim, de testib. ubi Doc. faciunt no. in c. 1 de his, quæ sunt à maio. par. cap.

h Et dic, vt ibi. Adde Moder. hic in 5. col. versic. tertia declaratio, & plenè per o in c. cum M suprà tit. prox.

i Procurare. Et an prohibitus agere, possit impetrare. die, ꝙ sic, secundum Butr. Imo. & Io. And. in tit. de rescrip. præsen. in §. ratione etiam eius contra quem in ult. addit. in addi. Spec. & tex. & ibi dom. meum, in c. causam, il 1. de iud. & Imo. hic, Rot. dec. 5 in nouis. Aegid. dec. 33. commissio impetrata. Nec obst. de rescrip. lib. 6. iuncto c. quia, de excep. eodem lib. quia sumit robur à per inhabilis, & exosa iuri.

k Sebast. Sap. Oeconomum. Vide Barto. in l. filius, in princ. ff. de procurat. vbi ponit regulam, uòd in his, quæ quis solus potest facere, potest solus procurare constituere. Sed no tu, quòd in dubio præsumitur constituere Abbas procuratorem de consensu conuentus. Ita tenet Imo. in c. ea noscitur, de his, quæ fiunt à præla. sine consen. cap. Et idem dicit in c. ueniens, in ult. col. in ver. traditi, infrà de præscr. de quo latè per Alex. in l. actor, in fi. ver. ulterius ut ff. rem ratam hab. in apostil. vide etiam not. per Abbatem, & alios in cap. deputati, infrà de iudic.

l Regula iuris. Adde Barto. in l. 1. hic allegata, & in l. etiam, §. ex præterito temp. ff. de manumiss. vind. in l. seruos, ff. de alimen. & cib. leg. Dom. in c. fin. de lib. 6. Innoc. in c. cum I. & A. de re iud. Bald. in rubr. C. de procur. & hic in apost. Pal. vbi allegat casum in l. sed si unius, §. fitiosam. cum § seq. ff. de inter. Bald. in l. curatorem, ff. qui petant tut. & in l. neque, C. de procura. & in l. reos, in 1. col. C. de accus. Gul. Nasonem in c. petitio, de procu. Benedictum de Plumbino in l. unus, ff. de lib. can. Innoc. & dom. meum in c. intelleximus, de iud. per istum cum I. & A. in 4 col. in ver. & circa hoc concludit Inti. & in c. ex parte, de iud. sist. spol. gl. & ibi istum in apostil. in clem. religiosus, super verbo, constituere de procur. Rotam de re iud. 11. in nouis, Bal. in §. sed uerum, in 2. q. ff. de minor. & uide istum in c. prox. in 1. not.

religiosis notanter ponit Inn. in c. cum I. & A. de re iudi. Adduco et bo. tex. in c. petitio. j. de procu. fm primum intellectũ. Quinimo, licet tutor non possit dare procuratorem ante lit. con. vt l. neq; tutores, C. de pcu. ꝓlatus tñ pōt tanq̃ habẽs liberiorem ad ministrationẽ, q̃ tutor, ad hoc tex. & signanter voluit ibi Inn. in c. pen. de iur. calum. quod tene menti. [a] † Dicit tñ notanter hic In no. ꝙ si prælatus vellet cõstituere officialẽ, seu œconomũ gñalẽ & perpetuum, q oña negotia pariter gerat, tã in iudicio, q̃ extra, debet habere consensum quentus, seu capituli, quia hoc pōt cō putari inter ardua. Nec talis potest esse laicus, fm eum per c. indicatũ. 89. dist. Et hoc vltimum confirmauit idem Inno. in c. 2. de iud. Hoc dictum intelligerem verum, qñ iste talis œconomus haberet ẽt iurisdictionẽ in clericos, seu pminẽtiã in rebus spiritualibus. & sic dẽt intelligi illud c. indicatũ, vt no. ibi Arch. Sed, vt qs pcuret negotia ruralia, & alia bona ꝓtus sine iurisdictione, & pminentia in spiritualib. puto, ꝙ talis pōt esse laicus; imo magis honestũ est, vt sit laicus, [b] ar. 11. q. 1. c. te qdẽ, & hoc voluit gl. no. in d. c. indicatũ. Et qd dicit Inn. de perpetuo œconomo, seu officiali, nõ intelligas, ꝙ qs posit ꝓstituere perpetuũ procuratorẽ; quominus sibi liceat reuocare, vt no. Bar. in l. cum precario. ff. de preca. quia nemo potest sibi legem imponere, a qua sibi non liceat resilire, vt ff. de leg. 3. l. si quis in prin. & l. pen. ff. de pac. † Et iõ puto, ꝙ ẽps pōt libere vicarium remouere, [c] ad hoc, quod no. in clem. fin. de procu. & ꝛ clem. & si principalis, de rescri. nisi aliqua ꝓcederet in vicariam perpetuum cũ consensu capituli, iuxta no. per Io. And. in c. venera. de censi. Hæc procedũt in bonis cõibus, in diuisis vero dic, ꝙ ad limites facultatis agẽdi pōt qs ꝓstituere procuratorẽ, & sic cõuentus poterit in reb. suis procuratorẽ ꝓstituere sine ẽpato, nisi in arduis, vt §. dixi. † Venio ad quintum nunq̃d vacãte sede [d] posit quentus agere sine ẽpato? Dic de hoc, vt no. in c. si. ne sede vac. & vide gl. in cle. fi. de proc. & Inn. in c. cum dilectus, j. de ꝓscr. † Ad sextum nunq̃d ẽpatus posit ratificare gesta per solũ quẽtum? Gl. hic, ꝙ sic, q̃ sequuntur Doc. dicentes, ꝙ hic requritur consensus; sed non authoritas, [e] quæ pōt interuenire ante & post. Ego dicerẽ, ꝙ ẽt vbi requiritur authoritas, pōt ꝓcla tus ad vtilitatẽ ecclesiæ, eã interponere, & actum ratificare, & ex
f post facto, per tex. no. in c. si qua de reb. f 12. q. 2. vbi patet, & ꝙ alie-
g natione factã per capitulũ, ẽt sede vacante, potest episcopus postea creatus ratã habere, si expedit ecclesiæ. & vide gl. in c. 1. ne se de vac. Et rene semper menti hoc dictũ, qa sæpe fit alienatio in absentia prælati; qui tñ consentit ex post facto. † Ad septimam qõ. quid si speratur lis inter prælatum & capitulũ? So. dicit gl. ꝙ cu
h rator ad litẽ dẽt dari capitulo, sicut datur minori volenti agere contra tutorem. Inn. dicit hoc verum, si capitulum vult agere no mine ecclesiæ; sed si quælibet pars capituli, vult agere ꝓ iure suo, & nomine proprio, nõ est opus dare curatorem. Ad hoc pōt ad duci. c. cum inter canonicos. cum gl. sua, de elec. Host. Comp. & Spec. in tit. de sindico, & cõiter Do. sequentes indistincte tenẽt, ꝙ capitulũ pōt agere ꝯ ꝓtatum sine curatore, vel ꝯ aliũ quemcũq;; ex quo habet legitimam administrat. ad hoc c. cum ecclesia Sutrina, de cau. pos. & propr. & c. cum venissẽt, de in int. restit. & hæc pars verior. Pro qua facit l. 1. ff. quod cuiusq; vni. & c. ex parte. & c. olim. de accu. & vide quod le. & no. in c. significauit, j. de appel. & in c. fi. 5. q. 2. Ad octauam & vltim am quæstio. an in aliis
i prælatis [i] habeat locum iste tex. communiter Doc. dicunt, ꝙ sic, quia eadem & fortior ratio est in aliis prælatis. Nam dubitat de Abbate, quasi haberet minus ius in rebus cõibus, quã alius prælatus secularis, arg. 54. di. in c. Abbate. Vnde in omni prelato quocunq; nomine nũcupetur, habet locum, quod hic dr̃, quod satis placet; quia rõ decidẽdi huius textus habet locum in omnibus ꝓlatis circa bona communia. Nam quilibet prælatus tenetur pro curare bona ecclesiæ, vt in c. 2. j. de don. ergo ꝙueniri pōt & agere, vt §. dixi. Idẽ dicũt Doc. in commendatario, vt valeat rescriptũ ꝯ eũ impetratũ tñ, cũ ipse posit agere, & ꝙueniri, vt in c. quere-
K lã, de elec. & idẽ in presbytero Rectore [k] alicuius ecclesiæ, vt valeat rescriptum contra eum solum impetratum: quia ecclesia dr̃ commissa presbytero. 32. dist. in c. presbyter; & potest dicere ecclesiam esse suam, vt in c. cum non ignores, §. de præb. & in c. fi. ti
14 bi absenti, de ꝓben. li. 6. † An autem ẽps debeat interponere authoritatẽ, si inferiores clerici ꝓstituunt sindicum. Inno. notanter in c. Imperatorum, de iuram. calum. dicit, ꝙ non est de necessita te, licet gl. ibi contrarium teneat. Sed tene primum, & per hæc habes quasi expeditam materiam quotidianam i stius c. Et no.
l gl. etiam in eo, quod dicit, ꝙ rescripta sunt stricte [l] intelligenda; licet aliud dixerit Inn. in c. episcopi. de rebus eccl. non alien. sed tene primum. facit quod legi. & no. in c. ad hæc, supra eo.

d Vacante sede. Adde istum in c. verum. in 1. no. de foro compet. & in c. 1. in 1. colum. ibi, plus etiam placet mihi, de præscr. & amplia. 3. modis, & limita quinque modis.

e Sed non authoritas. Adde Inno. post Bal. in l. si quis mihi bona. §. iussum, ad fin. ibi, quid autem in statuto. ff. de acquiren. hæred. Bald. in l. 1. in antepe. colum. C. qui admit. But. Imo. & Dom. in c. cum consuetudini, infra de consue. & di xi plene in no. meis, in versic. pupil.
Adde Rom. consi. 10.

f In c. si qua de rebus. Adde glo. in l. 2. de accepti. Ang. consi. 55. Bal. in l. quæcunque. C. de bo. quæ lib. & latius in c. cum consuetudinis. in pen. col. de cõsue. istum in c. cum causam, in fi. de re iud. & in c. causam, in vlt. col. de iu. & ibi plene per Mod. & per eosdem in c. cum dilecta, in 6. ampli. infra eo. per Ro. consi. 306. circa proposita. & Bellenzi. c. 1 ne sede vacan. ponentem intellectum ad d. c. si qua. & dixi in no. in ver. pupillus.

g Si qua de rebus. Tu pōdera quia ibi valuit contradus, vt ibi dicit gl. probatur ibi in ver. rescisso. And. Barb
Seb. Sapia Vbi patet. Vide late per dom. And. Sicu. in cap. causam quæ. 1. infra de iud. cũ aljs, quæ alleg. Corse. in reperto. ad Abba. in versic. Abbas. versi. 6 vbi etiam dicit, ꝙ Abbas potest ratificare iudiciũ agitatũ per monachũ.

h Curator. Adde gl. de appel-significauit, gl. in versic. œconomus, in §. sportularũ. in auth. de san. epis. Barto. in l. potest, ad fi. ff. de autho. tuto. & do. meũ hic. Cõmunis opin. est contra glo. hic, ꝙ non sit opus curatore, & idẽ glo. magna, ibi; sed an iura nostra. in cap. si. 5. q. 2. & ibi Archid. & Do. & Spec. de sindi. §. 1. in pen. colum. ibi, sed quid si causa, & omnes hic & istum in capit. cũ super, in prima colum. de offic. delegat. per illum tex. quem dicit sing. à nemine adhuc ponderatum. & idem per istum post alios in dicto cap. significauit.

i In aliis prælatis. Vide no. in cap. ex literis, de probat. & in c. præterea, de offord. lib. 6.

k In presbytero, Rectore. Adde gl. in c. potuit, de loc. in versi. expelli, circa mediũ ibi, & si vnus sit sacerdos. & ibi But. in 7. col. dicit se nescire eam alibi, & eam sequitur hic idem Butr. in 5. colum. & Imo. in vlt. Lud. consi. 36. per istũ in c. 1. in vlt. colum, de dolo & contum. & in c. Imperatorũ, in 4. col. de iuram. calum. & Spec. de procu. §. ratione quoque, circa princ. ibi, porro, ibi, in eadẽ eccle. & in tit. de loca. § nunc aliqua, in ver. 46. & istum in 2. no. de maio. & obed. & Rom. in l. si vero. 6. de viro 28. fal. ibi 9. ff. solu. matr. & facit glo. in clem. 2 in versic. constitutus, ibi, quid si nollit. de ætа. & qual. & in c. relatum. §. 1. ver. vbi autem, de testa. & vide Albe. in l. si in aliquam. §. 1. de off. procon. limita ista, vt per istum in c. 1. in fi. de his, quæ fi. à præl. & vide Rotam de iu. 7. in nouis. & tex. in c. 1. §. porro. de ſta. reg. in 2. no.
Adde Rom. sing. suis, fol. vlt. incip. an ecclesiæ inferiores, dicit, quod possunt constituere procuratorem, nisi in arduis. & vide Lap. alle. 11. vbi ponit, an prælati inferiores possint constituere vicarium perpetuum.

l Rescripta sunt stricte. Vide bonum tex. in c. P. & G. de offi. deleg. & quod no. in c. causam, supra eo. & in c. quamuis, il. 1. de rescrip. in 6. & per Felin. in d. c. causam, in 12. col. in ver. 3. declaratio. [a] dde Alex. consi. 117. Rom. consi. 326. & dicit idem Ro. sing. suis. fo. 8. quod rescripta latè interpretanda sunt, nisi sint contra ius commune, & dicit, quod sunt mille tex.
Ant. Franc. Circa hoc, an rescripta sint latè interpretanda, adde quod rescripta beneficialia, tanquam ambitiosa sunt restringenda, vt est tex. in c. quamuis, de præb. lib. 6. & voluit Innoc. in c. cum in nostris, de concess. præb. & Ioan. And. in c. suscepti, de rescr. eod. lib. Et propterea dicimus, quòd rescriptũ ad beneficia, non extenditur ad il'a, quę aliquis coloratè possidet, prout nota biliter voluit Ioan. Cald. in c capitulum, de rescrip. Et de interpretatione rescriptorum, quę sunt impetrata contra ius commune, & quando per rescriptum tolluntur omnes exceptiones, qualiter intelligatur, & an virtute talis re scripti obtent: contra ius commune, & quando ex illo infertur magna lęsio, quomodo intelligatur, & qualiter procedi debeat, vide Bal. & doc. in l. quoties, & in l. nec damnosa. C. de precib. imper. offer. & habetur in c. ex parte, il. 2 vbi plene per scriben. de offic. deleg. & in c. imperiali. 25. q. 2. & in c. si quando. de rescrip.

Et tunc non posset bene congruere, quia implicaret contradictionem, cum præsens tex. contrarium dixerit.

SVMMARIVM.

1 *Moniales non possunt claustrũexire; sed possunt procuratorẽ constituere.*
2 *Rescriptum debet facere mentionem de alio in specie, & non in genere.*
3 *Capitulum succedit in administratione mortuo prælato, nisi eius administra tio esset suspecta, nam tunc datur administrator.*
4 *Iudex si non seruat formam rescripti, processus est ipso iure nullus.*
Forma rescripti est, vt procedat iudex secundum narrata in eo, scilicet vt expediantur primo narrata, & post reliqua per ordinem.
Primo nominatus, præsumitur dignior.
5 *Processus factus super rescripto subreptitio, non est ipso iure nullus, sed factus contra formam rescripti sic.*
6 *Surreptio, si non fuit opposita, an pars videatur acquiescere literis. 8.*
7 *Differentia inter obreptionem surreptionem.*
Obreptio vitiat processum ipso iure.
9 *Pars si omisit opponere exceptionem apertam, potest iudex ex officio actum irritare, saltem antequam sententia transeat in rem iud.*
10 *Communis error, an faciat ius tam in ordinario, quam delegato.*
11 *Doctor an possit legere per substitut um.*
12 *Ordo iuris appositus in rescripto, an inducat nouam formam.*
Religiosi in absentia prælati, possunt conueniri, & maxime si sunt in studio.
13 *Religiosus electus monasterio, potest petere restitui in monasterium.*
14 *Vniuersitas si non est soluendo, debent singuli de vniuersitate contribuere, & an debeat fieri collecta per libram, an per capita.*

CAP. XXII.

Cum dilecta. Processus factus ꝓ lras subreptitias, irritat, sed factus ꝯ formã rescripti, irritũ nũciat. A ita cõiter summat; sed oportet aliter declarare, vt patebit ex j. dicẽdis. Diuidit principaliter in quatuor partes. In prima succinctè tãgit q. In scda irritat, ꝓcessũ scdorũ iudiciũ ibi, [Deprehendimus.] In tertia irritum decernit processum primorum in dicum. ibi, dictum. In quarta committit causam, & mandat restituispoliatos ibi, [Ideoque] Casus li. vacante monasterio Hesien.

a Tene menti. Adde Pau. de Cast. consi. 14. vbi tenet, quod non meri executores possunt ante li. contest. constituere procuratorem, & Lap. alleg. 67. vbi tenet quod œconomus, nec merus executor potest ante lit. cont. procuratorem constituere. & dicit Rom. consi. 161. quod in causis, in quibus non contestatur lis, non potest constitui procurator.

b Latens. Vide no. per doc. in c. 1. de cle. coniu. lib. 6.

c Vicarium remouere. Vide istum in c. quoniam Abbas, in 7. col. in ver. item Episcopus, de offi. deleg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

duę electiones ibi celebratæ fuerunt, vna de custode, & alia de G. moniali ipsius monasterij. Super istis electionib. cā fuit commissa primo Hildesen. scholastico, & iudicib. sui. s. sub hac forma, vt personaliter ad monasteriu accedentes. personæ idoneę cō mitterent administrationē Abbatiæ, cui fieret restitutio quorū dam subtractorum ab vtraq; parte. Iudices isti ɔ formam mandati processerunt. postmodum cā fuit commissa Abbati de Remech. & iudicib. suis per subreptionem; qa in literis suis ꝑter cō scientiā dñi Papæ insertus fuit articulus ille de resignatione subtractorum, q in literis priorib. ꝓtinebaī, & isti iudices ceperunt ꝓcedere in cā; tandem negotium ad Sedem Apost. est delatum. Papa cognoscens de processib. iudicum ꝑdictorum, inuenit literas iudicum secundorum obtentas p surreptionem; qa articulus de resignatione subtractorum ꝑter ꝓscientiam dñi Papæ insertus fuerat in literis secundis, qui in priorib. positus erat, de qbus in secundis literis mentio non fiebat; & ideo Papa cassauit qcqd factum fuit occasione ſrarum secundarū. Præterea primi iudices ꝓcesserunt ɔ formā mandati; qa cum dērent accedere ad locum, & psonæ idoneę administrationem cōmittere Abbatiæ, cui fieret resignatio subtractorum hinc inde, ipsi hoc capitulo ꝑtermisso, de aliis inordinate cognouerunt: ꝑ quod dñs Papa ꝓcessum ipsorum denunciauit irritum & inanem; qa ɔ formam mandati, & ɔ iuris ordinem processerunt. Mādat ergo papa, q primo iudices restituant qualdā moniales, q̄ spoliatæ fuerant; & postea mandati forma diligenter obser uata in negotio
1 ipso, ꝑuia rone procedāt. B. †No. i. q̄ in cā electionis, pōt monialis electa p se esse in iudicio ad prosecutionē iuris sui: vel procuratorem ꝓstituere. Hodie vero nō licet monialib. exire claustrū, sed bene ꝓstituere procuratorem, vt in c. mulieres, de iu. lib. 6. & in c. indemnitatibus, de elec. eo. lib. & in c. vnico, §. porro, de sta. reg. li. 6. & ibi hēs tex. menti tenendum, in q b. casib. liceat monialib. exire clauſuram monasterij. Respectu vero procuratoris con
a stituendi, cape istam regulam, a vbicunq; religiosus, vel religiosa pōt esse in iudicio, potest procuratorem ꝓstituere; ga magis est decens, vt compareat per procuratorem, q̄ per se. Hanc reg. no.
2 ponit Innoc. in c. cum I. & A. de re iud. † No. 2. secundum vnum intellectum literæ, q non solum in secundis literis est fienda mē
6 tio de primis, sed de qualibet notabili clausula, b seu notabili art.
b ꝓtentis in primis. Et hoc voluit Host. qui intelligit, q ſcdæ lītæ faciebant mentionem de primis in gne, sed non de illo art. restitutionis subtractorum, q priorib. iudicib. fuerat cōmissus. Et hoc notabile ꝓcederet. si in tex. vbi est verbū, de qb. diceret, de quo, A. sed tex. iste vī velle, q de literis primis non fuerat facta mētio in secundis. Dictum tñ Host. est verū in fe, & no. & facit c. inter,
3 de re iu. & qd leg. & no. in c. 2. de dolo & ꝓtu. vbi vide. † No. 3. q monasterio vacanti dēt dari per ſuperiorem administrator idoneus; ex quo vī inferendum, q capitulum non succedit in administratione, mortua Abbatissa. Contrarium ego puto verum, p
c capi. ne in agro, §. Abbate. c de sta. reg. in cle. Et ad istū tex. rñdeo dando pulchrū & nouū intellectum, q vbi vacante ecclesia scādalum nascit inter illos de collegio, ita q suspecta est eorum ad-
d ministratio; tunc superior d dēt dare illi loco administratorē, e
e & in hoc casu ego intelligo istū tex. optime facit in ar. c. fi. de sup. neg. ꝓla. li. 6. p hoc, tex. no. f m vnum intellectum in c. fi. de sta. re. vbi patet, q si monasterium vacat per remotionem prælati factam pp suum delictum, debet administrator dari monasterio, qa est suspicio ɔ monastrium in eo, q tolleret Abbatem crimi-
4 nosum; & no. bene istum casum, & illū. † Item no. q si iudex delegatus non seruat formam rescripti, processus suus est ipso iure nullus, & ad hoc allegatur quotidie iste tex. q vbi plura committunt in rescripto, vī data forma vt f m ordinē narrōnis actorum, dēat iudex procedere; ex quo primo loco narrata vīr studiosi? ꝑmissa. Vltimo no. q moniales possunt petere restōnē, q d prima fronte vī impossibile, qa restitutio nō datur nisi spoliatis, & his q possederunt, vt patet in ca. consultationibus, de of. dele. & in c. cum olim, 3. de resti. spol. Sed moniales non possunt aliqua possidere, quia omnia sunt monasterii, ēt vestes, quas tulerunt, vt no. gl. 12. q. 1. c. non dicatis, ergo non possunt prętendere spoliationem, cum spoliatio ꝑsupponat habitū possessionis. 32. q. 2. in ca. qd vero. De hoc dic, vt latius dicet cum gl. fi. in gl. 1. ibi, & cancellarij, no. gl. & facit stylus hodiernus curiæ, f m quē non est necesse pro literis iustitiæ recurrere ad Papam; sed ad vicecācellarium, qui tñ scribit nomine papæ, & apponitur bulla Papę,
f & in hoc seruandus est stylus curiæ. f † In glo. 2. Pōdera bene istā
5 gl. vult. n. q literæ subreptitiæ non valent, nec processus inde factus. Sed in ɔriū facit tex. in eo. q papa non declarauit ꝓcesum secundorum iudicum irritum, sed irritauit, & ideo gl. pen. aliter dicit, ſq processus gestus per literas subreptitias, non est ipso iure irritus, sed irritandus; sed factus ɔ formam rescripti est irritus, & istud applaudet literæ, & f m hoc processit istud cōe sum-
6 marium, de quo §. † Sed ɔ hoc instatur fortiter, si literæ subreptitiæ non sunt nullæ, aut non fuit exceptum, nec appellatum, non debet processus irritari, qa pars vī acquiescere illis literis, & exceptio declinatoria ɔ iudicem non potest opponi post lit. contes.

Quinimo fuit opi. Bar. & plurimorum, q nisi opponatur in principio, non potest postea opponi, quia litigando coram iudice per alios, vī approbare personam iudicis. De quo dicendum plene no. in d. c. inter, & in l. 2. ff. si quis in ius voc. & in l. g dam
7 sulebant, ff. de re iu. Sol. hoc ꝓrium, vario modo intelligit iste
Quidam intellexerunt, q literæ subreptitiæ sunt ipso iure nul-
iō sine exceptione processus non valet, vt sentit ista gl. 2. Sed
opi. tollitur per ea q̄ plene dixi in c. ceterum, §. eo. Secunda op
seu lect. est, q ipsæ literæ erant furtiuæ, seu fallæ. hæc lect. non c
gruit tex. quia dī, q fuerunt impetratæ per subreptionem Iē
derā, ga non faciebāt mētionē de priorib. Tertia lect. est, vt
telligat, q hic fuerat exceptum, & appellatū a priorib. iudicib
sed tunc oporter dicere, q processus fuit nullus, per c. super
num, in fi. de offi. dele. & c. si a iudice, & c. non solum, de appel
6. Et satis pōt sustentari iste intellectus, & ad istam literā, cum
cit irritandum, dic q referī ad factum; non ad ius, qa sæpe irritatur ea, quę de iure sunt nulla, vt in c. ex parte, de testi. & in c. acc
dēs. j. iuncta gl. vt li. non conte. & hunc intellectum hac tenus
7 secutus. † Quartum intellectum singulariter ponit Inn. faciēs
g uam dīam inter literas subreptitias, & obreptitias. g Appe
subreptitias, q̄ falso exp̄sso, vel veritate suppressa, literæ fuer
impetratæ, & in istis procedat ꝓrium quod §. formaui. Obrep
h tias vero appellat, q̄ per inuolutionem verborum h puta in
i ce, i vel callide loquendo, literæ effugiunt deliberatam consen
tiā principis. Nam tunc istæ literæ dolo sunt obtentæ; ideo pro
cessus dēt esse nullus, citra o ēm exceptionem, sicut in ſsia
dolo ꝑsentis. ɔ absentem, vt est tex. no. in l. si ꝓtor. §. Marcellus
de iud. Et hāc dīam tenebis sp menti. Nā aperto iure non, ꝑ
imo

ADDITIONES.

a Cape istam regulam. Vide quæ dixi, supra c. proxi. in apost. regula iuris.
b Qualibet notabili clausula. Vide hic per Moder. & quæ dixi in cap. 2. eodem.
c §. Abbate. No. pro limitatione illius §. Adde an capitulum succedat in administratione mortuo Epō: c. Fed. conf. 300. & consi. 200.
d Tunc superior. Adde gl. in c. cum pastoralis, 2. q. 7. tex. & ibi Ang. in §. g nomus, in auth. de alien. & emphy. Spe. de actore, §. 1. ver. cum filius, in f mag. ad fi. in Ecum non solum, C. de bo. quæ lib. But. & istum in c. nouit his, quæ h. a prælin 2. col. ibi, secundo dicuot, Bal. in c. olim, ad fi. supra gl. in c. irrefragabili, §. fi. in ver. delegatus, circa medium, de off. ord. Bos his quę fiunt a prælc. pastor. 3. col. Bal. in l. viduæ, C. de nup. Bar. in l. auct. tuto. Lu. in 11. C. vnde vir, & vx. Illum in c. sicut nostris, in fi. de Imo. & Raph. in l. 3. fuit quæstum, ff. ad Treb. Bar. & Bal. in l. tra nem, per illum tex. C. de tranſact.
e Seb. Sap. Administratorem. Facit optime, q quando est timor scandali, d est inter aliquos, ne deueniant ad arma & rixas, iudex potest facere, q festio & fructus sequestrentur, vt sing. no. Bar. in l. si vsusfructus, §. fed ter duos, ff. de vsufruc. Bal. in l. nullus, in prin. C. de summa Trini. & alia Ale. in consi. 7. in consultatione præmissa, col. pen. in 5. uol. & latissime dit Franc. Cur. Sen. in consi. 61. super eo articulo, & Dec. in l. fi. col. 2. C. de edic. di. Adr. faciunt quæ in materia euitandi scandali cumulat Fe c. nihil prodest, infra de præscr.
f Stylus curiæ. Adde gl. in ca. statutum, in prin. in ver. literarum, de rescr. Ægi. conclu. 602. cancellaria, glo. 1. ad fi. c. fi. de procu. Domini. post Imo d. c. statutum, in 6 col. Host. & Io. And. & Doc. hic.
Zach. Adde quæ no. in procę. Greg. ad istum, num. 1. vbi alleg. Hip. de Ma sing. suo, 113. quod inc. stylus curiæ est attendendus, & in c. ex literis, in f stilus, in ver. stylus curiæ, supra eo. ti. & per Fel. in c. 2. col. 10. ver. stylus riæ, de præscr.
Antonius Francscus. Circa istam materiam de stylo curiæ, an & quando attendendus & seruari debeat, habetur per Cyo. in l. 2. C. quæ sit lon. sue. & habetur in c. cum venerabilis, & in c. licet, & in c. quam graui, de fal. & vide Host. in c. ex literis, de const. & in c. ad hæc, de sen. ex commu habetur in cle. fi. de verbo. signi. & vide Io. And. in c. fi. de consue. in f ibi ponit in ver. de stylo, & no. in 1. 1. C. de sacrof ecc. & est bo. tex. in l. 3. de bo. vac. lib. 10. Et propterea dicimus, q omissio stylī curiæ habet vitio gratiam, vt habetur in prælle. c. licet, de cri. fal. & vide Spe. in ti. de app in §. de off. ver. vt autem, vbi dixit, q ideo stylus curiæ est attendendus, seruandus, quia dicitur inniti iuri communi.
g Literas surreptitias, & obreptitias. Adde But. in c. ex parte, in 2. no. de capo mona. & in c. super literis, in 10. col. supra eodem, ibi vel dic q. legisti in c. cæterum, supra eo. in 7. col. tamen Inn. non dicit, pro ut isti innuunt q processus ex literis obreptitiis. fit nullus, sed q est irritandus quando c que opponeretur, non fic in surreptitiis, quia si opponatur a princip non potest postea opponi. Et adde Inno. supra eo. c. ad aures, quasi in fi. etiam dicit per istum tex. eaſſ. tandum esse quicquid sit per literas obrep tias, & vide Imo. hic, & infra eodem, c. ad audientiam, in 4. col. impugn tem hanc differentiam, quia immo processus valet mero iure in vtroq su tam per obreptitias, quam subreptitias, vnde in effectu non videtur differentia secundum Imo. referentem, supra eo. c. super literis, idem vi Notabis tamen, q licet processus vigore literarum ad lites non irritet etiam si fuerint subreptitiæ, si a principio non fuit oppositum, tamen lit, vbi processus prænudicat bono publico, quia potest reuocari quando cunque. Pro quo est tex. no. hic secundum vnum intellectum illius, qui etiam de mente Imo. hic.
h Zachar. Per inuolutionem verborum. Adde de ista differentia per Bal. in l. si legibus, C. si contra ius. & in l. 1. C. si nup. ex rescr. prin. pe. & quæ fit e Pœna, vt no. Bar. in l. si quis obreperit, & ibi Ale. ff. de fal. & in l. si quis reb. eo. Bal. in l. quæcunque, ad fi. C. de seru. fug.
i Seb. Sap. Ironice. Vide Fel. in cap. ad audientiam, 2. colum. 13. ver. fallit fra eodem.

imò leges promiscuè vīr vti his vocabulis, vt in l. si quis obrepserit, cum mā sua. ff. de fal. iste mtel?s non multum congruit illi litę; quia ex presè hic dī, q fuerunt impetratæ per subreptionem. Item ponderatur, q in secundis non fiebat mentio de prioribus. Et in eo, quod dī, q præter cōscientiam nostram, &c. potest dici, q ideo præter cōscientiam Papæ, quia si Papa fuisset recordatus, q prioribus, illum articulum commisisset, non delegasset illum se cundis, ad hoc c. ex parte, j. de off. deleg. Lectura tñ Inno. satis po test sustineri; ex quo literæ non processerunt de conscientia deliberata Papæ; & tu tenebis semper istam lecturam menti. † Cogitaui nunc dare quintum intellm, & nouum, a quē ego credo verū, q aut literæ subreptitiæ concernunt præiudicium priuatū; & tunc habet locū, q nisi excipiatur, processus tenet. Aut ꝑcernunt vtilitatē publicam, ita, q primæ literæ hic tam ad vtilitatem priuatam, q̄ ad publicā emanauerunt, & tunc dico, q licet processus teneat gestus per sēdas; ex quo iudices habebant iurisdictionē, licet elidibilē; tū superior ex officio suo potest illū processum irritare. † Quia omissio exceptionis à parte nō debet præiudicare, nec viā præcludere, quominus iudex ex officio suo possit irritare q̄cunque, saltem anteq̄ sniа transeat in rem iudicatam. Pro hoc gl. no. b super verbo, absentia, in c. 1. de elect. lib. 6. quæ dicit, q licet pars c non possit post lit. contest. excipere ɔ procuratorem, & cū onerare ad probandū mandatum, per l. Pompo. in §. rati. ff. de procu. iudex tñ ex officio potest, ne iudicium sit frustratoriū. Et sic iste tex. pōt intelligi proprie dum dicit, irritandum, & hī singularis, & noua limitatio in hac mā. Sed ɔ prædicta opponitur. Ex quo n. isti putabantur iudices, debuit ex cōi errore valere processus, vt in l. Barbar. ff. de off. præt. & in l. forte. ff. de off. præsi. † Sol. Inno. ponit vnā sing. limitationem in hac mā. dicit. n. q mā l. Barbar. non haber locū in delegato. Rō diuersitatis est; quia corā ordinario versatur vtilitas plurimorum, cum multi ex necessi tate habeant adire ordinariū; & ideo cōis error facit valere gesta; sed in delegato nō vertitur, nisi vtilitas duorū, seu partium. Gul. de Cu. secutus est hāc sniam in delegato ad vnā causam, secus in delegato ad vniuersitatem causarū; quia ille cōparatur ordinario, vt no. gl. in c. cum causam, de app. & no. in l. cū prætor, ff. de iud. Mod. hic cōtet impugnant d hoc dictū Inno. & non immeritò. Nā tex. vī in oppositū. 2. q. 7. c. Iul. §. cria, in ver. verum, & l. 2. C. de sent. & interlo. om. iud. vbi causa fuit delegata seruo, qui putabat liber; & qclud. it sniam nō debere irritari, licet postea detegatur q esset seruus, ad idem l. 1. C. de testam. vbi si seruus fuerit in teste adhibitus in vno testō, non vitiatur testm, si tpe confectionis ille putabatur liber. Impugnat ēt hoc dictum Inno. Bart. in repet. d. l. Barbar. D. Ant. hic dixit, q aut defectus surgit ex persona iudicis, & tolerantia operatur ita in delegato, sicut in ordinario, vt in iurib. præall. Aut surgit ex commissione, & tunc tolerantia, seu error non facit valere gesta in delegato, & sic potest intelligi iste tex. Nam f m eum, si tolerare indifferenter operaretur in delegato, ad quid requireretur, vt dato iurisdictionis defectu, debeat primo pronunciare se iudicem? vt no. in c. 2. de dilat. per Inno. Aduerte ad hanc rōnem, licet vera sit in se, non tñ potuit aliquid speciale in delegato. Nam idem est in ordinario. Nam si coram eo per errorem litigauit aliquis de nō sua iurisdictione, non valet processus; nisi prius se iudicem pro nunciauerit, vt probatur in l. si per errorem, ff. de iurisd. omn. iud. per Bar. in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ier. Et dubito multū in hac mā, quare cōis error facit valere gesta, in d. l. Barbarius, & not. in d. l. si per errorem. Vnde circa hoc posset sic ad præsens dici, quod aut cōis error est circa tale fundamentum iurisdictionis, vt quia putatur Potestas vel Eps, qui non est; & valent gesta iurisdictiona lia pp cōem errorem, & vtilitatem plurimorum, vt in d. l. Barbarius. Aut error ꝑtingit respectu vnius personæ tñ; & tunc talis error non facit valere gesta: & sic intelligerem d. l. si per errorem, & hoc casu nō verīatur vtilitas plurimorū, nec publica. Sed nunc incipit maior quæstio, quare non ita dicemus in delegato? Potest dici, q cū superior committit causam, in ipsa commissione versatur ius publicum, & vtilitas publica; quia committit iure publico. l. 3. ff. de iurisd. omn. iudic. Notat Bart. in repet. d. l. Barbarius. licet aliud hic senserit D. Ant. sed primum verius. Vnde commissio facta a iure publico, non debet vitiari pp vitium personæ iudicis clandestinum. Sed q̄si error esset intrinsecus, s. circa commissionem, tunc, cū non sit rei probabilis ignorantia, non debet tenere processus. Sed dubium est, q̄si ignorantia esset probabilis; & forte posset dici valere processus, nisi ius in pœnam ipsum casset; & sic loquitur c. 1. de rescrip. lib. 6. vel quando altera partium fuit in culpa, & agitur de validitate respectu ipsius. Ad istum tex. potest ſdēri intelligendo, prout §. dixi, quod ex officio suo superior irritauit, & quia impetrans fuerit in culpa. † In glo. 3. in fi. facit ad quæstionem, an Doctor e possit legere per substitutum, f de quo vide Io. And. in reg. qui per alium, in Mercu. & per Bar in l nemo
f m
Et nouum, vere non est sua inuentio, sed habeo quandam lectu. quam quidam

ADDITIONES.

solennis Doctor, discipulus D. Card. compilauit, & ipse dat istum intellectum, & dicit, quòd motu proprio Papa dedit illas literas primas, & ad utilitatē monasterij. Et ita dicit limitandum esse c cæterum, & c. si autem, suprà eo. vt non habeant locum, quando sunt concessæ motu proprio, & ad utilitatem ecclesiæ, vel tertij, bene facit dictum Inno. in c accedentibus, de priuil. Tu pondera, quia facit pro dicto istorum. l. si communem, ff. quemad. ser. amitt. propter commissionem quis habet id, quod non haberet solus. Item pondera, quia istud est diuinare, q̄ fuerit impetratū motu proprio, nec præsumitur, c. si motu proprio, de præb. in 6. Pondera etiam, quia quantum ad prædictum tacentis, debuit nalere processus, licet non quantum ad prætiudicium monasterij. Cogita bene, & pondera dictū Inn. hic, ver, ordinem, vbi dicit, q istæ moniales non poterāt renunciare ordini apposito in primis literis, ex eo, quia Papa ex certa scientia illum apposuerat in fauorem monasterij. Nam si non poterant, renunciare ordini, ergo non poterant renunciare primis literis. Sed tacendo & non opponendo contra secundas literas, de primis, videntur renunciasse primis, & non potebant illis ipsis literis renunciare, quia in fauorem monasterij illæ emanarunt, ergo sequitur, quòd dictum istorum fuit Inn. Pondera bene hic fo. de Imo. qui dicit, quòd licet sententia interlocutoria transeat in rem iudicatam, tamē non transit quoad superiorem, vt not. in c. cum dilecti, de elec. And. Barb.

Anto. Franc. Et an & quando rerum commissio operetur, vt ima trahat ad se aliam, uide quæ habentur in c. q in dubijs, de consec. eccl. vel alta. & in c. cum Marthæ, in §. quæsiuistie, de cele. miss, & in l. 1. §. item quæritur si quis, ff. de aqua quotid. & æstu. Et conclusio est, quòd si commissa sunt separabilia, unum non trahit ad se reliquum. Si verò sunt inseparabilia, & tunc aut sunt eiusdem naturæ, & unum trahit ad se aliud, aut sunt diuersæ naturæ, & tunc unum non trahitur ab alio, licet sit magis dignum alio, de quo uide Card. in elem. 1. de decim. 2. opp. & uide not. in c. 2. de cau. posses. & propr. & in c. 2. de ord. cogn. & ea quæ habentur in l. præcipimus, per Bal. & alios, C. de appell. vbi ponit illam q, quando sunt duo cohæredes, uel duo collitigantes, quorum unus est clericus, & alter laicus, quis iudex sit adeundus an ecclesiasticus, uel secularis.

b Glo. no. De illa exclamat iste in cap. insinuante, in vers. postmodum, infrà de offi. deleg. & Doct. in c. cautam, quæ. d. 1. de iud. vide Pet. de Anch. in c. 1. de procur. vbi dicit esse ibi casum pro ipsa glos. in uer. absentia. & plenè per dom. meum in d. c. cautam, quæ. in §. col. & in fi. vbi dicit esse casum ualde sing. pro illa glo. in l. in §. fed & si quis, C. de admin. tuto. Adde Rom. consi. 467. ubi dicit, quòd iudex debet nulliter agentem repellere, ne eluitorij actus coram eo fiant patre non opponente, & uide eundem consi. 227.

c Sebast. Sapia. Licet pars. Vide Do. Alexand. in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infec. vbi late concludit, quòd iudex potest officium impartiri non petenti, ne iudicium reddatur eluitorium. not. Paul. de Cast. & Moder. in l. ubi patctum, C. de transact.

d Hic communiter impugnant. Adde Baldum in dicta l. Barbarius, in sect. 15. col. ibi, vnum non omitto, & in l. 2. in ult. col. C. de seruit. & in l. non dubium, in fi. char. in 16 opp. C. de leg. & in dicta l. 2. & in repet. d. l. Barbar. in 7. col. ibi, vel & Dom. supra eod. tit. sed citatus, in ult. col. & ibi dixi. & Maria. in c. fi. eternit. & Imol. quidam consuluit, in 13. col. ibi, & aduerte, ff. de re iudic. idem Ioan. de Fam. §. tria. hic alle. 3. qnæst. 7. per d. l. 2. de sent. canonizatam, ibi, & sentit gl. in l. Barbar. dum allegat d. l. 2. Dom. meus hic, & alij Mod. Limitabis tamen hoc dummodo error sit circa defectum personæ delegati, ieius si respectu rescripti impetrati, uel circa concernentia gratiam, quia gesta non ualidantur, per tex. hic secundum Butr. Imo. & Dom. nisi iudices pronunciarent super competentia secundum istum hic. Item nisi esset probabilis ignorantia circa ultimum commissionis, quia forte nalet processus secundum istum in casibus, ut hic per eum, & omnino uidebis hic per Moder. Adde, quòd Roma. singularis fol. pen. dicit, quòd licet sententia lata ab infame, uel iecto communi errore sustineatur, quod tamen non habet locum, ubi partes sciebant defectum iudicis.

Zach. Adde quod uoluit allegare Roma. sing. suo 763. quod incip. l. Barbarius, ubi allegat sing. dictum Calder. in cap. ad probandum, de re iud. & Anto. referentem in cap. ieiscitatus, do. suprà isto tit. Adde tu, quod Card. sequitur iste in c. post cessionem, ver. idem si erat occultum. col. pen. de prob. Imo. in d. c. dilectus, ni 2 col. 5. & ibi iste post eum, de præben. in 4. col. Gemin. in c. Sacerdotes. 2. q. 7. Fel. in alle, supra c. ad probandum, col. 4. circa medium. & Alex. in l. 5. si quis ita. ff. de verb. oblig.

Anto. Franc. Circa hoc, de actu facto, uel à iudice uel notario, qui reuera non erat talis, licet comm in opinione sic reputaretur, si ille, in cuius fauorem fiebat actus sciebat defectum facientis actum, dicas, quod hoc uoluit Io. And. in cap. cum dilectus, de constit. & Ioan. Cald. in cap. ad probandum, de re iudic. pro quo uide bonum tex. in l. cum quidam, in § sunus hæredem, ff. de acquir. hæred. Et addas, quòd ad hoc ut actus ualeat gestus ab eo, qui communi opinione reputatur habilis, est necesse, quod concurrat possessio, uel quasi possessio faciendi tales actus, iuxta tex. in c. consultationibus. & ibi per glo. & Doc. de iure patr. & not. Innoc. in c. nihil, de elec. Et adde etiam, quòd iste error communis operatur, & præsumitur antequam per sententiam declaretur. quòd talis iudex, uel notarius sit infamis; quia tolerantur gesta ante talem sententiam propter communem errorem; sed facta post sententiam latam non tolerantur, quoniam ex ipsa sententia resultat notorium in contrarium, ut uoluit Bal. not. in auth. habita, in 7. col. C. ne fil. pro pat. per tex. quem dicit singularem, in Authen. de tabell. in §. pen. De quo uide etiam per D. Card. in cle. 1. in §. 1. in 13. col. de regul. et per Alexan. plenè in consi. 138. in 1. parte consil. Et adde, quod talis communis error in spiritualibus, mihil operatur, nisi in contentiosis, vt per Archid. 11. q. 3. & in c. 1. & not. Bald. in l. 2. de sent. & interloc. omn. iudic. Et adde, quod etiam communis talis error, non nocet pupillo, cuius fauore, ut uoluit Spec. in tit. de cuict. in §. 5. in ver. quid si pupillus, in fine.

e An Doctor. Vide plenè per D Card. & dominum meum & alios Moder in c. fin. de offi. deleg & per Bart in l. nemo. ff. de diuob. re. & Bald. in l. fin. ff. de duob. ri, & Bald. in l. hi. ff. de excus. tuto. Bald. & Salic. in l. 1. §. ne autem. C. de ead. toll. glos. et Doc. in l. 1. C. de monc. & colo. lib. 11. Per. de Anchar. in cap. is cui de offi. deleg. in 6. et in cap. extirpandæ, §. qui uero, de præben. et glos. penul. in l. quisquis, la 1. C. de episc. et cler. Spec. in tit. de sala. §. utrum. versic. quid si Doctor, & per istum in c. 1 in 3. col. de sum. Trin. et per dominum meum in c. fi. in uersonaliter, de dilat.

f Seb. Sap. Per substitutum. Vide D. And. Sic. in c. fi. in pen. char. ad fi. infrà de offi. deleg. vbi dicit, ut ipse appellat, unum dictum notum, et inauditum, quòd licet Doctor conductus ad legendum, non possit legere per substitutum, tamen si legit per 20. ann. potest legere, quia efficitur illustris, et personæ illustres possunt deferunt e per substitutum, l. quisquis, C. de episc. & cler. sed reprobat D. Iac. in l. 3. col. 4. ver. quantum exemplum. ff. de offic. eius. et uide etiam Bart. in l. 1. C. de princ. agen. in reb. lib. 12. vbi dicit, q Doctor debet legere per substitutum, qui etiam sit Doctor, non per scholarem.

a f̃m istum intelf̃m gl. q̃ si ordo iuris a apponitur in rescripto, rescriptum c̃ inducere ibi nouam formam iuris. Sed ꝯ hoc facit: nam si exprimit, quod inest, nihil noui operatur expressio, vt in l. conditiones extrinsecus, ff. de cõd. & demon. & no. in c. significasti, ī. de elec. Item & fortius iste ordo, vt prius cognoscat de ipsolutione, q̃ de proprietate, vel alijs articulis, non est substantificus. Vnde si peruertitur, & non opponatur, tenet sua, vt in l. j. C. de appell. Generaliter tradit, q̃ peruersio causæ ad causam non vitiat ipso iure, vt no. in l. prolata, in C. de sent. & probatur in d. l. j. Si ergo iuris ordo non est in hoc substantificus; ergo nec forma apposita in rescripto, quod ꝑtinet id, quod ius cõe. Sol. Prium est difficile. D. Ant. dicit, q̃ nõ exprimebatur ista forma in rescripto, prout inerat de iure; quia à iure inest de iustitia, & nõ de necessitate. Si verò deducitur in formã hominis, tunc inest ille ordo de forma, & non de iustitia tm̃. Et tene menti hoc dictum, pro quo facit singulare dictũ Bart. in l. diem proferre, in ff. stari. ff. de arbit. vbi dicit, q̃ si com
b promittitur b in arbitrum. hoc expresso, vt procedat de iure tm̃, non valet processus, seu sua, si arbiter processit ꝯ ius; quia non fertur aut formam compromissi. Sed illud dictum Bart. reprobant Fran. de Are. in l. si quis arbitratu. ff. de verb. obl. & ipsum fuit secutus D. Ant. in c. Quintauallis, de iureiu. motus, quia illud inest à iure, vt arbiter procedat f̃m ius; licet secus in arbitratore. Ideo illa expressio in compromisso nihil operatur. dicit tñ ibi, q̃ illud inest à iure de necessitate. Et sic posset concordari dictum D. Ant. hic cum dicto illo in c. Quintauall. q̃ istud de quo hic, inerat de iustitia, & nõ de necessitate. Sed mihi hoc non satisfacit; qm̃ in arbitro nõ inest illud de necessitate, vt procedat f̃m ius, sed de iustitia tm̃. Patet, quia si iniquè procedit, tenet processus, vt in d. §. stari, & in d. c. per tuas, ī. de arbit. Item non inest à iure pro forma, maximè substantifica. Sed qñ exprimitur in compromisso vt apponi pro substantifica: vnde ex quo expressio eius, quod inest à iure potest aliquid operari præter iuris dispositionẽ semper debet intelligi, vt aliquid operetur, quia verba sp debent aliquid operari, vt in c. si Papa, de priuil. lib. 6. & in l. si qñ. C. de inoff. test. Hoc verò casu potest operari expressio, vt delegatus habeat procedere f̃m ius pro forma, & per hoc substineo illud notabile & quotidianũ dictum Bart. in ꝯium tm̃ facit notabile & singulare dictum Joan. And. in c. prudentiam, de off. deleg. vbi dicit, q̃ si committitur causa alicui hoc expresso, & debeat condemnare Titium reum, si constiterit eum obligatũ S. mpronoa tori. q̃ si iudex ꝯdemnauit, licet sibi non ꝑstet de obsone, tenet sua f̃m eum, quia illa expressio, cum
c ineslet à iure, non inducit nouã formam, sed potius sapit instructionẽ ad causam. Et in hoc art. quia Doct. nihil ponunt, imò nihil fere tanguntur hic, ego aliàs reducendo multa ad concordiam, feci hanc distinctionẽ, q̃ aut exprimitur illud, quod inerat de necessitate; & tunc expressio nihil operatur, & sic intellige not. in c. significasti, præalle. & in c. ad audientiam, ī. ee. & in c. olim, ti 1. de rest. spol. plenè per Bar. in l. 3, de leg. 1 Qñque exprimitur illud, quod inerat ex sola voluntate, & tunc superior vī mandatum nouum concipere. Ad hoc vide bonã gl. iuncto tex. in c. aliquibus, ī. eo. lib. 6. Exemplum: Papa mandat Epo, vt cõferat beneficium Titio; si cõtulerit, vī collatio facta auctoritate Apostolica, & non Epi: quia, licet Eps teneatur conferre, non tñ tenebatur conferre Titio, nisi ex voluntate. Nam in ꝓferendo habet liberam voluntatem, vt no. in c. relatum, de præb. ideo non exprimitur nunc quod inerat de iure. ad idẽ quod no. gl. in cle. 1. de iudæi. Qñq; exprimitur, q̃d inerat ex honestate; & tunc expressio inducit nouam formã, & sic potest intelligi. c. venerabili, de off. deleg. Et qñq; exprimit, q̃ inerat de iustitia, vt in casu l. j. C. de appel. & tunc est dubiũ. Sed puto sic dicendũ, q̃ aut id quod exprimitur, sapit instructionem causæ, & non inducit nouam formam; sed potius est quædam commemoratio, seu admonitio, vel instructio, & in hoc casu

ADDITIONES.

34 notabis hanc q. quia potest adduci ad multa. † Secundo quæritur, quid operatur admissio postulationis? Solu. dicunt Docto. quod de iure videtur postulatus habilitatus, ut possit eligi; sed curia Romana vt euitetur circuitus, & ecclesiarum dispendium seruat, quod admissa postulatione, postulatus consequitur ius, ac si fuisset electus & confirmatus; vnde non indiget alia confirmatione, uel elec. ut probat hodie Ĵ. c. seq. Et hoc intellige in postulatione solẽni. Nam duplex est postulatio. Solemnis & non solemnis: solemnis dicitur, quando postulatur ab eo, qui potest super omni impedimento postulati dispensare. Non solemnis vero dicitur, quando postulatur ab eo, qui non potest dispensare super impedimento, requiritur tamen eius cõsensus in promotione ratione sui interesse. Pone exemplum. Canonici volunt eligere monachum in Episcopum; sed quia monachus non potest consentire, sine licentia Abbatis, ut in cap. si religiosus, de elect. lib. 6. canonici postulant ab Abbate, vt concedat eis illum monachum. Si enim Abb. consenserit, hæc admissio postulationis, non habet vim electionis, & confirmationis; sed debet de nouo eligi & peti confirmatio electionis, quia Abbas non habebat potestatem prouidendi ecclesiæ cathedrali. Idem dic, quando canonici petunt filium familias a patre, quia volũt eum petere in Episcopum, & idem in similibus. Vlt. hic opponitur cõtra tex. in eo, q. Papa formauit inquisitionem contra istum Episcopum non præcedente infamia, & sic obstat cap. qualiter & quando. de accusa. Sol. dicit Inn. multum notabiliter. quod contrarium procedit, quando fit inquisitio contra promotum, ut puniatur. Sed in inquisitione contra promouendum, quæ fit ad
c finem, ut promoueatur, uel repellatur, non exigitur infamia. [c] Nam debet superior ex officio inquirere, ne promoueatur indignus, vt in c. cum nobis, infra de elect. Dicit tamen quòd ista
d inquisitio fit sine solemnitate, neque recipitur iuramentum, [d] neque debet fieri inquisitio de certo crimine, sed in genere, puta interrogando de ætate, de moribus, de legitimitate, de scientia, & similibus. Dic etiam, quod non sunt in hoc necessarij testes, intellige scilicet iurati. Nam ista inquisitio fit solum ad in-
35 formationem istius superioris. † Et ex prædictis singulariter no. practicam, quam debet obseruare executor deputatus ad prouidendum alicui de certo beneficio cum clausula, [Si per eũ fuerit repertus idoneus,] &c. Non enim tenetur executor procedere cum solennitate iudiciali, nec recipere a testibus iuramentum, sed potest formare generalem inquisitionem, modo prædicto. Sed contra hoc obstat iste tex. vbi Papa inquisiuit de certo crimine, cum dicatur in tex. quòd antequam procurator veniisset ad Papam, constabat Papæ, quasi pro certo, quòd ipse Episcopus violauerat interdictum, &c. Abbas.

ADDITIONES.

a Seb. Sap. Hoc casu. Vide Bald. in l. 1. C. si rector prouin. & Ale. in consil. 194. in 2. vol. ubi repræhenditur Abb. hic.

b Zachar. Contrahentes sponsalia. Dic quod quamuis istud dictum sit verum, etiam in sponsa de præsenti, vt per Pet. de Anchar. in repeti. cap. 1. char. 47. versic. quæro de quæstione, quæ mihi occurrit, de constitu. ubi dicit se una cum dom. Anto. consuluisse, quod stante statuto, quod filia nupta non admittatur ad successionem, non habet locum in desponsata de præsenti. Refert & sequitur Hippol. de Marsil. sing. suo 106. incipien. qui de proximo. Idem

no. isse in capitulo tertio loco, de præsump. & ibi Moder. dicens se ita de facto Senis consuluisse, & in cap. ex publico, de coniug. coning. cum aliis per eundem allega. Si tamen esset ad domum viri ducta, ut ei coniungeretur, secus esset, ita sing. dixit Salye, in l. cum te, in ver. fi. C. de don. ante nupt. quod proval. de sing. refert, & sequitur Felyn. in allega. cap. tertio loco, colum. 4. vers. & retenta, &c.

c Non exigitur infamia. No. pro limitatione cap. qualiter, & quando, il fecondo, de accusa.

d Neque recipitur iuramentum. Vide glos. & ibi Bald. in cap. primo. §. fi dicas. post glos. ibi, in versicu. testimonium. de pace tenen. & vio. eius. ubi dicitur, quod informatio potest sumi etiam a teste non iurato, & illam glossam dicit esse singu. allega. etiam glos. in capitu. cum olim essemus, in versicu. iuratum. de priuil.

Adde, vt per Oldra. consil. 41.

Ant. Fran. Circa hoc dicas, quod ista informatio potest capi a iudice sine iuramento ad inquirendum, & dixit Bal. in lege, in quorum, de pignor. quod talis informatio habita sine iuramento, facit prælalere testes, cum quibus concurrit. Ad quod vide Alexan. in consil. 93. in quarta parte consiliorum. Et adde quod talis informatio potest dari iudici, etiam in camera, secundum Innocen. in capitu. cum in tua, qui matrim. accusa. post. & per Alexan. in l. capite quinto, de adulteriis. Et adde quod iudex potest informari stylo, & de consuetudine, & de fama, vt per Barto. Floria. & Alexan. in l. lege Iulia. ff. de testam.

SVMMARIVM.

1 *Innouantes postulationem cassatam, priuantur potestate eligendi.* 3.
2 *Eligentes scienter indignum, sunt priuati potestate eligendi, ipso iure.* 3. & 4. *lios casus vide infra.* 14. 16.
4 *Abutentes priuilegio, priuantur commodo ipsius.*
5 *Priuati si sunt aliqui aliqua potestate, illa potestas remanet penes non priuatos, licèt numero pauciores, qui repræsentant totum collegium, etiam si fuerit vnus.* 8. 9.
6 *In delictis, illud quod facit maior pars, non videtur factum ab omnibus, qui illi alia expressè contradicunt, secus si tacent, quia tacentes habentur pro consentientibus in eorum præiudicium.*
7 *Vniuersitas si committit rebellionem, ex omnes homines illius vniuersitatis puniuntur.*
Vniuersitas tunc peccat, quando factum est delictum collegialiter.
9 *Vniuersitas, vel collegium, potest remanere & conseruari in vno solo, & illi sunt mortui, vel priuati.* 11.
11 *Habens potestatem eligendi non potest seipsum eligere, vide quæ scribo hic & in c. 1. in nu. 6. de elect.*
12 *Collegium, vel ius ipsius, vtrum sit extinctum, si sunt mortui, vel abfentes omnes de collegio.*
13 *Postulatio admissa per superiorem, habet vim electionis, & confirmationis.*
15 *Gesta per habentem authoritatem, valent, etiam non vocatis illis, qui erant inhabiles.*
17 *Habentes authoritatem, aliquem actum explicandi, si non legitime exequant, non priuantur tali authoritate.*

CAP. II.

1 **Gratum.** † Qui postulationem cassatam vitio personæ innouat, est eligendi & postulandi potestate priuatus, & continuatur hoc c. ad præcedens, tractatur enim de illa materia. Diuiditur. nam primo ponitur narratio duplicis postulationis, & alterius admissio, ac alterius derogatio. Secundo ponitur Papalis approbatio, ibi, [Nos.] Casus literalis. Canonici Senonen. receptis literis cassationis postulationis prædictæ, fraudulenter suppresserunt literas ipsas, legatus tamen apostolicæ sedis, qui super hoc mandatum apostolicum receperat, mandauit prædictis canonicis, vt ad electionem procederent canonice celebrandam, quidam canonici Senonen. postulationem cassatam a domino Papa iterum innouauerunt. quidam alij canonici, licet essent num. pauciores, postulauerunt Episcopum Cameracensem. Cardinalis intelligens, quod illi qui postulationem cassatam innouauerant, essent eligendi, seu postulandi potestate priuati, & ideo ad alios licet num. pauciores esset postulandi authoritas deuoluta, postulationem factam de Cameracensi admisit. dominus Papa prædictum Cameracen. absoluit a vinculo, quo tenebatur ecclesiæ Cameracen. & confirmauit factum legati. B. No. 1. † tex. hic apertum, quod postulantes scienter indignum, sunt priuati ipso iure potestate eligendi & postulandi. [a] Probat enim hæc litera, quod canonici, vt in
a cap. præced. fuerunt ipso iure priuati potestate eligendi, & postulandi, quod colligitur ex eo, q. isti canonici, innouãdo postulationem cassatam, perdiderunt priuilegium eis concessum per Papam. Item dicit tex. q. isti canonici fuerunt abusi benignitate Sedis Apostolicæ, quia Papa in c. præcedenti, gratiosè cõcesserat

ADDITIONES.

a Zachar. Eligendi, & postulandi. Adde, an tales qui postulauerunt indignum, possint variare, quousque præsentata fuerit superiori postulatio prima, per istum in capitu. primo supra eod. & in capitu. bonæ, il secundo isto rit. gl. fo. And. in Nouel. Pet. de Ancha. Do. & Philip. Fran. in c. si compromissarius, §. si vero, eod. tit. lib. 6. eundem Pet. de Ancha, consi. 115. in princ. & Cald. consil. 5. col. 2. in princ.

a ferat istis, q. possent denuo eligere. [a] nam de iure non poterant. Et sic facit iste tex. pro his quæ dixi in c. præcedenti, puta, q. sicut innouantes postulationem cassatam, ipso facto priuantur, ita &
3 postulantes a princ. scienter indignum. † No. 2. q. sicut habẽtes potestatem eligendi & postulandi a iure communi, priuantur eo ipso potestate eligendi, postulando indignum, ita priuantur
b habentes potestatem eligendi ex priuilegio, [b] si postulant scien-
4 ter indignũ. † No. 3. q. abutentes priuilegio [c] sibi concesso, sunt
c illo priuati, seu saltem debent priuari. † No. 4. vnam regulam in
5 materia electionis, q. aliquibus priuatis potestate eligendi, illorum potestas deuoluitur ad alios canonicos; licet num. pauciores. Et sic totum ius collegii resident in non delinquẽtib. Et idem dic eadem ratione in aliis actibus capitularibus. Nam si omnes essent inhabiles, puta, qua excommunicati, vel suspensi, tota potentia capitularis resideret penes habiles; licet illi faciãt minorem partem collegii, ut hic, quia hoc casu isti repræsentãt totum col-
d legium, cum priuati, & inhabiles [d] non sint cõputandi in numero, ad hoc, quod le. & no. in cilla. inf. de elect. vide bo. gl. in clem.
6 quod circa, eo. tit. † Item no. 5. ex hoc, & ex tex. q. in delictis c il-
f lud quod fit a maiori parte, non censetur factum ab omnibus, [f] immo maior pars venit punienda dũtaxat. minor vero pars quæ contradixit, non inuoluitur peccato aliorum; nec pœnæ peccati, vt satis colligitur hic. Et vide ad hoc Inn. in c. 1. de his quæ fiunt a maiori parte cap. vbi non dicit hoc procedere, quando minor pars expressè cõtradicit, secus si tacet. Nam tunc inuoluitur peccato, & pœnæ peccati vna cum expressè consentientibus, quod dictum sing. no. Et potest esse ratio, quia ex quo quis vocatur ad vniuersitatem, debet aut consentire, aut cõtradicere. Vnde cum teneatur loqui, seu consulere affirmatiue, vel negatiue, tacendo habetur pro consentiente in suum præiudicium, arg. in c. præce. & quod ibi dixi, & in c. 2. de confes. lib. 6. & melius in l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de inter. act. facit c. si tibi absenti, iuncta gl. de præben. li. 6. Et aduerte, quia prædicta procedunt, quando pœna apponenda concern. t singulos; tunc enim pauciores cõtradicen-
7 tes non puniuntur. † Sed dubium est, quando ex delicto venit pœna imponenda, concernens ipsam vniuersitatem, ut puta ma-
g ior pars vniuersitatis alicuius ciuitatis commisit rebellionem [g] contra principem, minor vero pars in consilio contradixit, nihilo minus maior pars rebellauit, nũquid debeat puniri tota ci-
h uitas, cum non possit fieri sine diſcrimine minoris partis, q. non consensit. De hac no. q. vide per Inn. in c. grauem, de sen. excom. plenius per Bar. in l. aut facta. §. fi. ff. de pœn. tetigi in c. dilectus, de Simo. vbi tractaui, an & quando vniuersitas possit accusari, & qualiter sit puniẽda, vide aliquid etiam per Bar. in tractatu de tyrannide. Vnum tamen tene menti, q. non dicitur vniuersitas, seu ciuitas aliquid facere, nisi illud deliberatum fuerit collegia-
h liter, [h] vnde si maior pars huius ciuitatis, faceret aliquem insultum, vel rebellionẽ aliquã, non dẽt dici, qd ciuitas fecit, ex quo non fuit illud deliberatum collegialiter. Ita dicit gl. no. & bene
8 in l. sicut. ff. quod cuiusque vniuer. sequitur Bart. in d. l. aut facta. facit quod no. glin c. 1. de re. eccl. non alie. li. 6. † No. vlterius, q.
sicut potestas partis delinquentis resident in alia parte, quando eligentes habent potestatem a iure communi, ut in c. cum in cunctis, & in cap. cum Vintonien sis, de elec. ita deuoluitur potestas quando eligentes habent potestatem ex priuilegio, ut hic. Et ex his infero ad quæstionẽ. Pone, q. potestas eligendi fuit data per canonicos tribus compromissariis, quorum duo scienter elegerunt indignum, tertius elegit idoneum, quæritur nunquid valeat electio istius tertii? videtur quod sic, quia potestas duorum resedit in isto, argumen. hic. Sed contrarium est verum, quia istud capitulum loquitur, quando aliqui eligunt collegialiter, ideo ptãs residet penes eligentes idoneum, sed in casu præmisso compromissarii non eligunt vt collegium, sed vt singuli, hẽntes potestatem a collegio. Vnde ptãs cõpromissariorum eligẽtium indignum

ADDITIONES.

a Dentro eligere. Facit iste tex. in arg. secundum Bal. hic ad quæstionem, an notarius depositus a tabellionatu, possit per comitem Palatinum iterum creari, & determinat quod non, alleg. quod no. in auth. de armis. §. fi. col. 6. ubi dicit esse gl. no. de hoc. & hoc motiuum format Old. in consi. suis. subdit etiam esse arg. quod sententia arbitratoris cassata, de nouo ferri non possit: pro quo vide quod no in l. si vt proponis, C. quomo. & quan. in. & in l. iudex post quæs. §. cui, confitendum, quod Cardinalis priuatus officio Cardinalatus, nõ potest eligi, nam. & ibi Bal. in prin. dicit per illam legem determinari quæstionem Do. Oldr. de eo, qui creatus est tabellio, & postea deponitur ab officio, quod non potest de nouo creari per comitem palatinum; etiam si per principem esset restitutus ad famam, non tamen ad officium. Et idem dicit in sacramento baptismi, quia licet quis sit effectus hæreticus, & papa indulgeat, non tamen potest iterum baptizari, quia non est quid reiterabile, secundum glo. in d. l. 2. & vide Pet. de Ancha. in cle. 1. de excel. præla. facit quod habetur in l. si aliquid. C. de susceptori. & arca. lib. 10. & ibi Bart. & Doct. & dictum Bal. in l. 2. sequitur Rom. in d. l. si vero. §. de viro. fallen. 33. ff. fol. matr. maxime per Ludices, C. de digni. lib. 12. & vide Bal. in l. 2. in ver. vltimo. no. C. de libe. & eo. lib. vbi dicit, quod Doctor priuatus doctoratu propter delictum, non potest iterando examen redoctorari, vnde vt facilis descensus, &c. & ponit ver

sus. Quem semel horrendum maculis infamia nigrat, Ad bene tergendum multa laborat aqua. Et vide Bal. in procem. Greg. in 8. col. vbi dixit, quod semel remotus propter delictum, iterato eligi non potest, alleg. no. in Auth. de armis. §. fi. col. 6. & idem voluit in c. at si clerici, in 4. colum. de iud. vbi dicit, quod tabellio perpetuo depositus ab officio, cum infamia, dicitur extinctus, & nunquam redit ad illud, & non potest denuo creari tabellio, gl. dicit esse sing. in auth. de armis, in glos. fin. in vers. denunciamus. Limitatẽ omnia prædicta, nisi de licentia principis, per tex. in d. l. 2. C. de lib. & eor. lib. quia princeps poterit de nouo creare, & adduco pulchrum tex. in l. nullus ex his, C. de diuer. offi. lib. 12. vbi est tex. quod resolutus a militia, ad eandem non aspirabit sine licentia Principis, ex quo textu infertur, quod Cardinalis priuatus officio Cardinalatus, poterit permissu principis idest Papæ. iterum assumi ad Cardinalatum, & vide ad prædicta textum, & ibi Bar. in d. l. si aliquid, & facit l. si quis ex argentariis, §. 1. & ibi gl. ff. de ædẽ.

Adde quando electione prima inualida, possit alia fieri, Rom. consi. 332.

Ant. Fran. Circa hoc, an si notarius propter delictum commissum in officio, vel aliquid aliud, fuit priuatus officio tabellionatus, possit illud iterum exercere, vide gl. in l. si quis ex argentariis, hic alleg. in vers. editionis, & Bar. in l. eadem. ff. ad leg. Iul. repetun. & vide Spe. in tit. de instru. edit. §. restat, in vers. sed nunquid tabellio. Et adde quod notarius priuatus officio, nihil potest addere priorib. rogationib. et de mandato iudicis, l. 2. in §. miles, & ibi no. ff. de his qui notan. infa. & no. in l. quid ergo, in §. pœna grauior, eo. tit. Est tamen verum quod iudex antequam eum priuet, poterit niandare, ut quod omiserat in instrumento, suppleat, sed postquam priuauit, est impossibile, quod tali sic priuato offic. mandetur, vt addat quæ omiserat, quia tunc cum non sit notarijs, additio esset facta a persona priuata, vt plene tractauit in d. §. pœna grauior. Et adde, quod notarius condemnatus de falso, non potest de cætero conficere instrumenta, ni si iudex causa cognita sibi reseruauerit talem facultatem, quod facere potest, si vult, secundum Bal. no. in l. depositum, C. depo. & in l. iubemus, in §. sane, C. de sacrosan. eccl. & tenet Bar. in l. si quis in principio testamenti, in §. fi. de leg 3. & in l. ex militari, de testam. milb. & habetur per Bal. in l. 2. C. de manu. vin. & in l. si quis ex argentariis, in §. cogetur, & ibi per Ale. ff. de ædẽ. Adde tamen quod quando notarius est condemnatus de falso inst. 6, facta ante condemnationem valent, sed post non valent. Ita Bal. in l. 2. C. de fide instru. & in l. in exercendis, eo. tit. & in auth. sed nouo iure. C. si cer. per. & vide gl. in §. cum his. in auth. de fi. instru. Et idem voluit Bart. in l. Barbarius, in vlt. col. ff. de offi. privi. vbi etiam dicit, q. notarius accusatus vel inquisitus de falso, pendente processa & causa falsitatis, potest instrumenta conficere. Immo priuatus officio tabellionatus propter falsitatem, potest publicare instrumẽta sua antea facta, & ea perficere, vt no. Doct. & Paul. de Cast. post eos, in l. prætor. §. fed si dominus, ff. de ædẽ. & in l. si arbiter. C. de sent. & Bar. in l. ad testium, in §. 3. ff. de testa. De Cardinalibus autem priuatis, de quibus hic fit mentio, adde, quod ab alio iudicari non possunt, nisi a papa, vt pulchre voluit Io. And. in c. dilecto, de præben. Et adde quod in depositione Cardinalis episcopi requiruntur. 72. testes. in Cardinalib. autem presbyteris requiruntur 54. in Cardinalibus autem Diaconis requiruntur 27. vt habetur in c. præsul. 1. q. 4. Et quis possit eos deponere. & depositos restituere, vide gl. & Doct. in c. ex gestis, de cler. nõ resi. & in c. 1. de schisma. lib. 6. Et adde, quod Cardinales cum delinquunt, debent acrius puniri, quam cæteri, cum ipsi assistant domino papæ, qui est vicarius Christi, exemplo Adæ, de quo dicit Sanct. Augu. quod quanto erat Deo proximior, tanto grauius peccauit, vt in c. consideret, de pœn. dist. 5. & exemplo etiam Luciferi, de pœn. dist. 2. c. Princeps. & c. principium, & ideo dicebat Host. in sum. de pœni. & remis. in §. cui confitendum, in ver. cui Cardinales, quod debent cauere, ne sint nebulæ sine aqua deuotionis lachrimarum, turbinibus agitatæ. Et adde, quod Cardinales tractantes de eligendo futuro papa, incidunt in crimen læsæ maiestatis, secundum Inn. & Io. And. in c. veniens, de accusa. quod dictum refert & sequitur Bal. in tit. de leg. Corad. in vsib. feu. in l. quoniam liberi, in ver. & adde, quod papa. de testa. & Ale. in l. 1. ff. ad leg. Iul. maiest. De hæretico autem, de quo hic fit mentio, an debeat rebaptizari, puto non esse difficultatem, quia sacramentum baptismi non est aliquo pacto reiterabile, vt in ti. C. ne sanctum bapti. reite. Adde tamen quod hæreticus, qui nunquam fuit baptizatus, volens baptizari, si non potest, quia aquam non habet, habetur pro Christiano, quoad remissionem peccatorum, non autẽ quoad matrimonium contrahendum, nec quoad ordines sacros recipiendos, quia baptismus est ianua omnium sacramentorum, pro quo vide gl. in c. caue 28. q. 1. Et deniq; adde, quod hæreticus, si conuertatur ad fidem, recuperat bona, sed debet incarcerari ad pœnitentiam agendam. hodie inquisitores imponunt pœnam ex arbitrio eorum, per c. vergentis, de hære. & per c. vt cõmissi, in 6. & illorum, eo. tit. li. 6. Item recuperat ius patr. ecclesiæ, nisi per sententiam fuerint eo privati, vt per Gemin. in c. 1. in prin. de iure patrona. lib. 6. & de prædictis vide Cardin. in clem. 1. in §. fin. in vlt. q. de vsuris.

b Ex priuilegio. Facit. l. si quando, & qd ibi no. C. de inof. te. & l. si cui. ff. de ser.

c Aburentes priuilegio. Vide tex. & ibi plene no. ia c. cum accessissent, de cõsti. & in c. cum illorum, de sent. excom.

d Priuati & inhabiles. Vide Doct. in c. fi. de procur. & ibi istum & in l. sicut. ff. quod cuiusq; vniuer. nomine.

Adde Rom. consi. 503.

e Quod in delictis. Facit quod no. in c. grauem, de sent. excom. & gl. in l. aliud. §. refertur, ff. de reg. iur. vbi bo. gl.

Adde, vt per Fel. consi. 315.

f Seb. Sap. Ab omnibus. Vide Bal. in l. 1. in ver. & hoc facit ad plura, ff. de mag. conuen. Ang. & Moder. in l. & suum. §. hodie, ff. de pact. Pet. de Anch. in consil. 10. videtur efficaciter. And. Sicul. in consi. 7. in 1. vol.

g Commisit rebellionem. Vide Ioan. de Lig. in clemen. 1. de pœn. & ibi Imo. in 2. colum. & d. Cardin. in vers. ciuitas, in 2. quæst. Idem etiam tenet Domi. post Ioan. And. in cap. Fœlicis. 5. fi. de pen. in 6. in 3. colum. dom. Abb. in c. dilectus. 11. 2. circa finem infra de Simo. & Ang. in consil. 163. incip. cum multitudo, & plene per dom. Felyn. in cap. cum omnes, in 26. colum. ibi; & ideo Ang. de const. facit qd voluit Paul. de Cast. cõsi. 86. inci. in Christi, in cã Fortij.

h Collegialiter. Vide do. Fel. in d. c. cum omnes. in d. col. 26.

Adde late Fran. Aret. consi. 164.

Zachar. Adde istum in c. dilectus, il 2. col. 3. versi. not. hanc glo. de Simo. Ang. in l sed si ex dolo, §. fed an, ff. de do. Iac. Rebuf. late in 1. quinque, nu. 1. 2. & 3. & ix addi. ad eum, & quasi per totam l. C. de decur. lib. 11. eundem super rubri. de mune. patr. eod. lib. Quod verum est in delicto faciendo, secus autem in omittendo. vt ibidem. & per Sal. in l. 1. C. de sedit. & Fel. in præalleg. c. dilectus, 1. ver. sed hanc conclusionem. Item in delicto continuato, ut per Pet. de Ancha. consi. 155. incip. ex narratis, col. 7. verl. & si dicatur, eundem Felyn. vbi supra, versi. 2. limita. vel nisi populi delinquentis detegeretur voluntas, vt d. col. ver. 3. limita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dignum deuoluitur ad compromittentes,[a] vt in c. si compromissarius. de elec. li. 6. Reperitur ergo electio ab vno tantū facta. & secundum hanc opin. sensit Io. And. in d. c. si cōpromissarius, & in c. cū in iure,[b] & in c. quia propter. j. de ele. † In gl. pe. in fi. no. singulariter istam gl. ad quam quotidie fit remissio, cum quæritur, nunquid ius vniuersitatis possit remanere in vno solo [c] omnibus aliis mortuis, vel priuatis? Concludit ista glo. quod sic. Vn de tota potentia collegii residet in isto solo,[d] & hanc opi. glo. tenent Inn. & Host. & cōiter *Doc. & vī probari per l. sicut. §. fin. ff. quod cuiusque vni. & hanc opinio. tenet ibi & glo. & Bart. Iste tū solus non poterit seipsum eligere, e quia notaretur ambitione, vt in c. per nostras, de iu. pa. Non ob. quod dicitur de grege animalium, quia illud procedit in uniuersitate rerum inanimatarum, quæ quidem vniuersitas nō habet bona, seu iura. Nec est ibi animus hominis, in quo conseruetur illud ius collegii. Merito extractis capitibus animalium desinit vniuersitas, seu grex. Sed nos loquimur in vniuersitate personarum, quæ habet bona, & iura, ideo ius collegii residet in uno solo. † Ad c. bonæ. alle. in gl. respō de clarius sic, quod illi quandoque de collegio eligūt scienter in dignum, & tunc ipso iure sunt priuati potestate eligendi pro ea vice, & ideo potestas residet in eis qui non deliquerunt, vt hic, & in d. c. cum Vintonien. Qñque eligunt indignum ꝺ formam, & & tunc eligentes non sunt priuati, sed priuandi potestate eligendi, vt in d. c. quia propter, & ibi notabitur, an valeat electio istorū, si iterum eligunt seruata forma, antequam priuentur, & eis tū priuatis per sententiam deuoluitur potestas ad illos, qui nō peccauerunt in forma. Qñque tres eligūt idoneū, & seruata forma, tamen contempserunt aliquem de vniuersitate, qui deberet vocari, & isto casu electio tenet, sed instante contempto debet electio ista cassari, non tamen priuantur potestate eligendi, licet aliud senserit hic glo. Et contrarium huius tenuit glo. in d. c. bonæ. in fi. pe. gl. quæ fuit additio, & ista opi. communiter * tenetur, & iste casus contingit in d. c. bonæ. Ideo ille solus qui fuit cōtemptus non potuit per se eligere, quia alii non erant priuati, potestate eligēdi, sed nos loquimur quando alii priuati sunt vel mortui præter unum. † Pōdera tamen gl. in eo quod dicit, ꝙ collegium non est in vno. Nam deest ibi significatum vocis sed ius collegii conseruatur in vno. Quid autem si omnes sunt mortui,[e] vel expulsi de collegio, nunquid sit extinctum collegium, & ius ipsius? vide Inn. in c. 2. de no. ope. nun. & quod no. in c. cum sup. de cā pos. & prop. vide bo. gl. & tene eā mēti, in c. statutū. de ele. li. 6. Per gl. & Bar. in d. l. sicut per eūdē in l. fi. de coll. illi. & in l. j. §. fi. ff. de acq. pos. Et conclusio est hic, quod aut collegiū fuit destructum authoritate superioris, & ipso facto extinguuntur omnia iura, & priuilegia collegii. Aut decesserūt hi omnes de collegio, vel expulsi fuerunt propter eorum delictum, & tunc in collegio ecclesiastico conseruantur omnia iura collegii apud ipsam ecclesiam. Sed in collegio seculari est dubium. Nam gl. in d. l. sicut, tenet quod extinguitur collegium, ac pereunt iura collegii. Alii tenuerunt idem in collegio seculari, quod in ecclesiastico, vt ꝓseruetur ius apud parietes. Præcedens tamen opi. vī cōmunior. Posset tamen dici, ꝙ si ius collegii est collatum loco, tunc non extinguitur, ius licet desit collegiati. Potest poni exemplum, qñ desineret propter guerram, vel pestem, vniuersitas scholrium. Iura. n. collegii ꝓseruantur apud ciuitatem, cui priuilegiū collatum est. In gl. fi. in fi. No. ex gl. duos modos, quib. potest superior procedere pro admittendo postulationem. Primus, vt dicat, [Prouidemus ecclesiæ vestræ de tali persona, prout postulastis.] Et pro ista practica facit iste tex. in uer. prouidisti. Alius modus est, vt superior dicat, [Postulationem vestram admittimus] &c. & hoc admisso habet effectum electionis, & confirmationis, vt dixi §. c. 1. & ponit Inno. istos duos modos. Dicit tamē secūdum modum magis iuri congruere, quia prouiso spectat ad superiorem, haberet ergo superior postulationem admittere, vel repellere. Ad hoc c. seq. & c. 1. prope fi. §. eo. Nunquam tamen superior debet dicere, [Postulationem confirmamus,] quia verba postulatorū dirigūtur in ipsum superiorē, nec ius acquiritur postulatio. Qualiter autem se debeant habere postulantes apud superiorem, vide bo. gl. in c. prox. in uer. qua gratia moueantur, in fi. Extra † gl. Inno. ponit hic aliquos casus, in quib. eligentes sunt priuati potestate eligendi. Et primus casus, quando postulāt scienter indignū, §. c. i. Sed ꝙ qñ postulationē cassatā vitio personæ, innouant vt hic. Tertius, qñ eligunt per abusum secularis ptāris, vt in c. ꝙsquis. j. de ele. vbi de hoc. Quartus, qñ eligūt ineligibilē, vt in c. innotuit, j. de elect. Quintus, qñ recipiunt postulatum, vel electum, ut prælatum, cuius electio, vel postulatio est nulla, vt in c. bonæ. j. ti. prox. Sextus si sunt excōicati, vel suspensi, vt in c. cū dilect. de consue. & in c. cum inter R. j. de ele. Septimus, cum nō eligitur intra tps a iure, pfixum, de quo in c. ne pro defectu, j. de ele. Octauus cum postulant post appellationē, vt in c. bonæ. j. ti. prox. secus dixit Innocen. in electione facta post appellationem qa electionē, cū sit via ordinaria, nō pōt appellatio impedire, nisi ex cā iusta sit iterposita, vt j. c. cū nobis, j. de ele. Sed postulationē impedit appellatio, cū ex cā frustratoria interposita. Rō fm eū, quia postulatio debet esse concors, vt in c. scriptū, j. de elect. Refert tū quosdam dicere non esse in hoc differentiam inter postulationem, & ele. Host. concordando dicit, & bene. Aut postulatio fit sine cā, vel nō a duab. partib. & vera fit opi. Inn. Si vero ex causa, & a duab. partibus procedat ꝺria opi. vt app. fruſtratoria, talem postulationem non impediat, quia talis postulatio, sicut electionē, vt l. d. ca. scriptū, ergo est fortior, q̄ ele. & vide plures alios casus per Host. in Sum. tit. de ele. §. qualiter, ver. cauendum. & seq. & ponit circa prædicta Inn. duas reg. Prima est, quod valet electio facta non vocatis illis, qui sunt priuati, vel inhabiles ad eligendum, licet primo non sit discussum, an sint priuati. Secunda enim est, ꝙ postea possint conuinci, quia si in veritate non habebant potestatem eligendi, non erat opus eos vocare ficte. fi. de sup. neg. præl. & quod legi. & notatur in c. illa, j. de ele. Et addic in aliis actibus particularibus, vt valeat actus expletus per habentes vocem in capitu. licet inhabiles, & priuati non fuerint vocati, nec fuerit discussum per prius, an sint priuati. Secunda regula est, ꝙ cassata electione, vitio personæ, eligentes sunt priuati ea vice potestate eligendi, vt in c. cum in cunctis, j. de ele. Quod intellige quando elegerunt scienter indignum, secus si ignoranter, vt in c. innotuit. j. de ele. † Sed dubium est, quid in aliis actibus capitularibus nunquid disponentes rem non legitime sint priuati potestate explicandi talem actum legitime, ita quod potestas deuoluatur ad alios, licet numero pauciores? credo, ꝙ non, quia hoc non reperitur iure cautum, nisi in actu electionis. Vnde ea priuatio vocis dandæ sit pœna, non debet extendi ad casum in iure non expressum. Pro hoc facit c. quia propter, j. ti. prox. eligentes contra formam, non sunt priuati, ad idem ca. bonæ. 2. j. de ele. vbi paret, quod eligentes, aliquo subrepto & contrepto, non sunt priuati, ergo pœna priuationis non habet locum. regulariter, licet minus legitime maior pars se gesserit.[e] fac. gl. c. fi.[b] de iure pa. Abbas.

[a] Adcompromittentes. Addeut per Cald. consi. 6. co. ti.
[b] Et in c. cum in iure. Vide ibi Doctores.
Adde limitandum, ut per Pet. de Anc. consi. 156.
[c] Zac. In uno solo. Adde Iac. Rebuf. in l. actores, nu. 1. & ibi in apo. ad eum. de exa. iti. li. 10. & Ale. consi. 95. uol. 4. & consi. 97. in prin. vol. 2.
[d] In isto solo. Vide Inn. in c. illa, infra de ele. quod si omnes de cap. sunt excommunicati uno excepto, & eligunt prælatum si ille ignorauit ipsos excommunicatos, vel sciens protestatus est, ꝙ eos non admittebat ad eligendum, valet electio per illum unum in quo residet totum ius c. ualeat, quod est sing. notabile. Limitat hoc do. meus non habere locum in uitio simoniæ, unde non valet electio simoniaca, licet aliquis ex eligentibus ignoranerit fuisse commissa simoniā, et vide Phil. in c. bonæ, infra ti. 1. Barth. Brix. in c. fi forte. & si de collegium remaneat, in uno, uide no. Inn. in c. cū ex iniuncto, de no. ope. & Bal. in l. fi grege, de leg. 1. & quod no. Inn. in c. cum nobis, & in d. c. illa. de elect. Et ad gl. istam adde no. in l. pater filium, §. Tusculanus. ff. de leg. 2. quod uoluit Bar. in l. quod in rerum, §. fi. in ver. queritur si collegium, ff. de 1. Adde Abb. con. 25.
[e] Eligere. Limita secus esse, si sunt duo, quibus est danda potestas eligendi, & possunt unum ex ipsis, eligere, secundum istum in c. 1. nu. 6. de ele. & ele. Item limita, nisi ille solus nomine collegii daret alteri potestatem eligendi, qui tanquam compromissarius poterit illum solum eligere, vt alias habetur per istum in c. licet de uitanda, de elect. in fi. Aen. de Fale.
[f] Si omnes sunt mortui. Facit, quod no. iste in ca. de multa, in fi. in uers. quæro. secūdū, de præb. & uide Bar. in d. l. fi. in ver. quæro. an destructo collegio colle. illi. Bar. & Doc. in l. inter stipulatem. §. sacram rem, ff. de verbo. & An in c. priuilegium, de re. iu. in 6. Dy. in l. pater filium. §. Tusculanus, ff. de tertio, Bald. & Imol. in d. l. fi grege. Ange. in l. proponebatur. & iud. & in l. seruitutes. §. fi fublatum, ff. de ser. urb. præd. in d. §. sacramenta. & l. quit res. §. aream. ff. de sol. Bal. l. ti. de pa. Constan. in uer. nos, & in auth. ta, C. ne fil. pro par. & in d. l. sicut, quod cuiusque uni no. & in d. l. seruitutes §. fi fubla. & gl. in d. capitu. priuilegium, circa med. & vide istum post. fo. in c. Al bate, in gl. fi. de verb. sig.
Zac. Adde Berth. de Fir. in tract. de epi. in 3. parte. li. 1. q. 31. versi. quid si maior pars, & quę posui in addi. in ver. in vno solo, sup. prox.
[g] Seb. Sap. Se gesserit. Quod pœna priuationis non imponatur, nisi specialiter a lege exprimatur, est casus in §. optimum, ibi, nec quælibet est lex taliter dicens, in Auth. de non elig. secun. nub. Corse. in sing. suis col. 6. ver. cui statuto, sed in contrarium est tex. in c. 1. §. porro. quæ fuer. prima cau. de nes. ami. & in c. auaritiæ, de præb. in 6. gl. in l. si quis in tantam. C. unde ui.
[h] In c. fi. Vide bo. tex. in l. at si quis, §. idem Labeo, ver. cum in cum pœna tuta non sit, ff. de reb. & sum. fu. & 15. q. 8. in Sum. ubi gl. & facit tex. in Auth. de non eli. secun. nub. in versi. nec quelibet est lex tale dicens. Adde Ol. post fi. 64.

SVMMARIVM,

1 *Postulatio facta a minori quam tertia parte collegii non valet.*
Postulatio, per quam priuata vtilitas præfertur communi, non valet.
2 *Clericorum appellatione, regulariter non ueniunt canonici.*
Species ubicunque ponit aliquid vltra genus suum, non comprehenditur sub illo genere.
3 *Penalis dispositio debet large interpretari si aliter non haberet effectum.*
4 *Laicus non potest esse canonicus.*
5 *Cardinalis, vel episcopus, an debeat eligi, an postulari ad aliam dignitatem.*
6 *Cardinalis, non potest esse episcopus.*
7 *Index potest allegare pro utraque parte, & aperire dubia processus.*
Romana ecclesia, quid significet.

8 *Postulatio siue nominatio, si sunt legitimè factæ, acquirunt ius postulato, siue nominato.*
Postulantibus non licet à postulatione recedere, si postulatio repræsentata est superiori.
9 *Iudex, an & quando possit ex officio supplere.*
10 *Sententia lata, vtraque parte præsente valet, licèt non appareat, quod iudex protulerit ad instantiam partis; si vero pars est absens, iudex non supplet, nisi petente parte præsente.*
11 *Priuatus non tenetur præfere bonum publicum suo cōmodo, licèt iudex sic.*
12 *Postulatio vtrum debeat admitti, si numerus postulantium non est maior duplo.*
Stylus Romanæ curiæ facit ius.
Non consuevit facere, est idem, ac si diceret, non potest facere.
Consuetudo Romanæ curiæ, non extenditur ad alias.
13 *Gratia si est iusta, Princeps potest compelli ad ipsam faciendam. 14.*
15 *Bastardus licèt aliquis sit, tamen potest in prælatum postulari, si non reperiatur alius, per quem ecclesiæ bene consulatur.*
Postulatio debet admitti, si est necessaria, & iusta.
16 *Postulantes debent prouidere de aliquo stipendio illi, quem fecerunt ordinare, ut postularent, & non postularunt.*
17 *Seu, ista dictio quomodo ponatur.*

CAP. III.

1 **Bonæ memoriæ. j.** Postulatio, per quam priuata vel maiori præfertur, vel quæ fit a minori quam tertia parte collegii, admitti non debet. Et prima pars ponit duas discordes postulationes. Secunda vtramque repellit causas exprimens, ibi, [Nos.] Tertia monet nouam prouisionem fieri, ibi, [Mandantes] Casus sit. Ecclesia Rauennaten. vacante, quidam Canonici Rauennaten. postulauerunt episcopum Imol. quidam vero postulauerunt S. Praxedis presbyterum Cardinalem. Postulationes istæ delatæ sunt ad Sedem Apostolicam Papa auditis allegationibus vtriusque partis tam de iure, quam de facto, etiam allegatis plenius pro utraque parte. Papa cōsiderans, ꝙ præsentia Cardinalis vtilior esset, non solum ecclesiæ Romanæ verum etiam ecclesiæ generali, quā ecclesiæ Rauennaten. & ideo volens præferre communem vtilitatem priuatę, postulationem Cardinalis non admisit. Ex alia parte considerans, ꝙ episcopus Imo. a minori, quam a tertia parte fuerat postulatus, & huiusmodi postulationes in discordia factas Rom. ecclesia admittere nō consueuit, quia quando etiam in concordia fiunt, nō tam ex iure, quam ex gratia mouentur postulationem Imol. non admisit, madans capitulo Rauennati, vt in personam idoneam conuenire procurent. Ber. No. 1. ex † tex. iuncta suprascriptione, quod appel. clericorum veniunt canonici. [a] Nā Papa hic scribit clericis Rauennatēsis ecclesiæ, nec loquit de clericis non canonicis; sed de canonicis, quia ipsi sunt, qui habent potestatem eligēdi prælatum. Alij vero, qui non sunt canonici, licet habeant ibi beneficia, non tamen sunt de capitulo, nec faciunt collegium, vt in c. dilecta, de excep. præla. & in c. quia propter, infra tit. proxi. & Inno. in c. 2. de inst. & faciunt hæc ad quæst. nunquid in omni materia, appel. clericorum veniant canonici, do. Card. concludit, ꝙ sic, alleg. vltra tex. istum, c. per exemptionem, de priui. lib. 6. vbi tex. no. dicit, qđ si Papa eximit clericos alicuius ecclesiæ, etiam canonici intelliguntur exempti, & tamen materia exemptionis est restringibilis cum per eam præiudicetur potestati ordinarij, ar. 11. q. j. c. peruenit. Item, quia esse canonicum non ponit aliquid super alios ecclericos, nisi quatenus a iure specialiter eis conceditur. ergo debēt canonici venire appellatione clericorum, cum nomen clerici, sit nomen generis, & genus infert suas species. Contrariū tenui super rub. de vi. & ho. cle. ubi concludo, ꝙ in materia restringibili, appellatione clericorum nō veniunt canonici, nec alij in dignitate constituti, quia vbicunque species ponit aliquid vltra genus suum, appellatione generis non venit illa species, tex. est valde no. in c. statutum, de elect. lib. 6. ubi appellatione ecclesiæ paro chialis, non venit ecclesia parochialis collegiata, quia semper habet qualitatem collegij, vltra parochiam, & ibi dicit textus hoc procedere in materia odiosa; secus in materia fauorabili, vel indifferenti, & ibi no. per Io. And. Ad idem no. dictum Innoc. in c. fedes, supra de referi. vbi dicit, ꝙ si Papa dat rescriptum [Contra Titium clericum, & quosdam alios,] sub illa clausula generali, non veniunt canonici, quia sunt digniores simplicibus clericis. Cum ergo canonicus habeat qualitatē canonicatus vltra alios clericos, non debet venire appellatione clericorum, in materia restringibili. Secus dicit in materia fauorabili, vt sentit Fed. de Senis consi. 71. ubi dicit, ꝙ si papa concedit priuilegium Cardinali, vt possit conferre; [beneficia clericorum suorum decedentium. &c.] ꝙ veniūt beneficia canonicorum, si canonici aliqui sunt fili commensales, quia istud priuilegium non est odiosum, sed fauorabile. Ad c. per exemptionem, quod videtur multum restringere, dic, ꝙ ibi fit larga interpretatio, vt euitetur absurditas. Nam absurdum foret, ꝙ exemptis clericis ecclesiæ, non forent exempti canonici, qui sunt principaliores in ecclesia. Item possit contingere, ꝙ illud priuilegium, aliàs nil operaretur, vt puta, quia in ecclesia non sunt alij clerici præter canonicos.† Et dispositio debet large interpretari, quantumcunque pœnalis, si aliter non posset habere effectum, vt est tex. no. in c. si sententia, de sententen. excommu. lib. 6. Ad istum tex. dic, quod materia est odiosa, nec potest intelligi, nisi de canonicis. Sed iō appellauit hic eos clericos, & non canonicos, quia in illa ecclesia Rauen. sunt duo collegia ex priuilegio papæ. Vnum Cardin. (appellantur enim Cardinales propter honorem[b] licet non sint Cardinales.) Aliud est collegium canonicorum, vnde, ut papa comprahēderet hic omnes, vsus fuit hoc nomine generis, qa omnes canonici sunt clerici. Sicut enim ex quo quis est homo, est animal, ita ex quo quis est canonicus † est clericus, quia ins canoniæ non cadit in laicum, vt no. gl. in cap. cum M. de consti. est tex. in c. 2. de inst. & ibi per Inn. & hæc notabis ad alias materias. † No. 2. quod Cardinalis non eligitur, sed postulatur. Nam cum sit alligatus ecclesiæ Romanę non habet liberā volutatem. vnde sicut Episcopus non potest eligi ad aliam sedem, sed debet postulari, vt hic, & in c. fi. inf. eodem. Ita etiam Cardinalis [c] non debet eligi, sed postulari, & hanc opin. tenuit Host. & optime probat iste tex. capiendo verba proprie. Sed Abb. & Aegi. tenuerunt contrarium, dicentes, quod Cardinalis non episcopus potest eligi. Et ad istum tex. respondet, quod verbum, [Postularunt,] ponitur hic impropriè quod Cardinalem, propriè quoad episcopum. vnde dicūt, quod Cardinalis fuerit hic electus, & non postulatus. De hac materia dic, ut plene dicam in c. ecclesia, il 2. infra tit. proxi. † No. hic ar. opti. quod promotus in Cardinalem, non debet tenere episcopatum, saltem in titu. Nam Cardinalis debet assistere papæ,[d] quia præsentia sua est sibi magis vtilis, quam in alio episcopatu. episcopatus autem requirit residentiam continuam. Nam durum est dimittere ecclesiam sine sponso. Paria enim sunt[e] nō habere sponsum, vel prorsus inutilem, f vt in c. 2. de transla. episc. Vñ vides hic qđ pp̄ noluit admittere postulationē factā de isto Cardi-

[a] Canonici. Adde Lud. Rom. in l. 2. in princ. ff. de verbo. oblig. vbi tacito isto, dicit illud, quod dicit iste, & vide Lap. & Do. in c. 1. §. hæc autem, de electio. lib. 6. & vide istum in c. ad abolendam, in gl. 2. de hære. & in c. non dubium 1. no. de sen. excom. tex. & ibid. D. Card. & Bal. in c. ad aures, quod me. cā. & per d. meum hic. Et concludę, ꝙ ubi materia, siue pœnalis, & exorbitans, siue fauorabilis, congruit tam simplicibus clericis, quam canonicis, appellatione clericorum, veniunt canonici, vbi uero mate. non congrueret, & essemus in materia larga, & fauorabili, tunc venirent, ar. nig ri iuncto rubro, in ti. de vi. & hone. cle. Adde Abb. consi. 9. Adde, an appellatione clericorum veniant episcopi, vide d. meum d. Vinc. de Herculanis de Peru. vulgariter dicto el Frisio, in sua disput. solemni incip. in nomine Iesu Christi, vide & quantū, & c. vbi per 16. fundamenta tenet, ꝙ non, in materia stricta, & pœnali. A. F. Ant. Fran. An appe. clericorum veniant canonici, arbitror decisionem, de qua hic. fore veram, & maxime in pœnalibus, in quibus est facienda restrictio, vt in reg. odia, & in reg. in pœnis, de reg. iu. in 6. Adde tamen, ꝙ appellatione clericorum, non veniunt monachi; nec conuersi monasteriorum, vt no. in l. omnes, in § præterea, C. de epis. & cler. & vide d. Abb. in cap. 1. ne cler. vel mo. & per d. Card. in cle. 1. de celebra. miss. Quid autem de presbyteris, diaconis, & subdiaconis, & alijs inferioribus? dicas, ꝙ sic, per gl. & d. Card. in cle. 1. de of sic. ord. & per d. Abb. in c. non dubium, de sent. excomm. & per Spe. in tit. de instrum. edi. §. nunc vero aliqua, in ver. quid de præpositis. Episcopus autem non venit appel. clericorum, vt per Spec. in titu. de rescrip. præsenta. §. fin. in ver. quid, in rescripto, & in tit. de leg. in ver. quid si dispensatum, & no. in c. fi. de præben. & in c. solent. de sent. excom. Quid autem de canonicis, de quibus hic dubitatur, haberur etiam per d. Card. in c. non dubium, de sentē. excom.

[b] Card. propter honorem. Vide glos. in cap. pudor, in verſ. principem mundi. 32. quæst. 2.

[c] Ita etiam Cardin. No. casum, in quo episcopus, & Cardinalis æquiparantur. Scias tamen, ꝙ Cardinalis est maior episcopo in off. Abb. in c. quod super his in fi. de fide instru. Host. in cap. ecclesia il 2. de elec. Imo. in c. dilect. fil. el 1. de præben. & vide bo. tex. cum gl. in c. quanquam. 2. q. 7. facit, quod voluit Io. Mo. in c. super eo. de hær. lib. 6. & tex. in c. per venerabilem. §. rationibus, qui fil. sint legit.
Zachar. Adde, quod Cardinalatus dignitas est maior post Papatum, no. Felin. in rubrica, de maiorita. & obed. colum. 5. ver. & limita, istum in c. ecclesia. il 2. de elect. Bar. in l. 1. §. fi quis. in 1. colum. ff. de appel. Felin. in cap. quod super his. col. fi. ver. vltl dicit hic, de fide instr. licet Gemin. in c. episcopus. 17. distin. aliter ibi sentiat.

[d] Assistere Papæ. Quia Cardinales, nedum consulunt Romanæ ecclesiæ, sed vniuersali. Sunt enim vnum corpus cum papa, sicut canonici cum episcopo, facit quod no. in c. ecclesia, il secundo de electio. & Hostien. in cap. antiqua, de priuil. & Bald. in l. cum multa. C. de bon. quæ lib. dicit, quod Cardinales sunt capitulum vniuersale. alleg. Archid. 12. q. 2. cum redemptor, & cap. Abbatibus, volunt Doct. in c. super eo de hære. lib. 6. & Alua. in c. 1. 19 princ. episcopum, vel Abbatem.
Adde late Rom. consi. 418. & consi. vlt.

[e] Seb. Sap. Paria enim sunt. In contrarium tamen facit, ꝙ mulier sterilis, & sic inutilis, quoad sobolem, habet dotis priuilegia, vt traditur latè in l. j. ff. sol. matri. Sed illud est actum vitio accidentali, vt ibi no.

[f] Vel prorsus inutilem. Facit tex. in l. quoties, ff. qui satisd. cogan. & glos. in l. si pater, C. ne de statu defun. & tex. aureus in l. accusaturus, ff. de adulter. & pulcher tex. & ibi Bald. in l. 2. C. de eunuc. tex. in cap. 2. de crim. fal. Bald. in l. si vt proponis, la 2. C quomodo, & quando iud. Do. in cap. pia, de excep. lib. 6. gl. fi. & ibi Sal. in l. fi. C. ad leg. Fla. de pla. tex. in l. non putauit §. non quęnis, iuncta glo. & ibi Bald. ff. de bo. pos. contra tab. Saly. c. in rub. C. de proba. glos. in c. vera. 45. distin. & gl. in l. 2. C. de hære. & l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudi. cum sim. Adde gl. in l. fi. C. ad leg. Flau. de pla. ubi dicit, quod uidua dicitur, quæ habet uirum inutilem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cardinali, quia oportuisset deserere Romanã curiam, aut morã trahere extra Epãtum. Vtrumq; aũt erat inconueniens, merito Papa postulationẽ non admisit. Et sic colligitur ar. ex tex. ꝙ Cardinalatus, & Epãtus non sunt compassibiles in eadem persona. Nouissimis aũt temporibus seruatum est, ꝙ Epũs promotus in Cardinalẽ, non perdit ipso iure Epãtum, imõ retinet illum tit. vt prius, nisi Papa aliter disponat, & ita seruatum fuit in Cardi. S. Cruc. quoad Epãtum Bononien. & in Cardi. S. Marcelli quoad Epãtum Senen. Et hoc, quia plerique consulerunt, ꝙ c. de multa, de prẽb. non habet locũ in Epãtib. Cardinalatib. & si. Et verũ dicunt, quoad verba iuris, sed quo ad mentem putarem ꝺ̃rium, quia potius debet vacare ipso facto vnus Epãtus per adeptionẽ alterius, vel Cardinalatus, q̃ vacet vnus Archidiaconatus p adẽptionẽ alterius dignitatis inferioris. De qua mate. tamen vide, qã no. in c. dilectus, de concess. præb. vbi est propria materia, & bo. tex. pro 1. par. No. 4. ibi, [De facto, & de iure] quod allegationũ, q̃ fiũt i iudicio, quædã ꝺ̃sistunt in iure, & quædam in facto. Ex facto. n. ius oritur, vt in l. si ex plagis, in §. in cliuo, ff. ad l. Aqu. † No.

7 a 5. ibi, [Curauimus allegare,] ꝙ iudex põt [a] in cã vertente coram eo, allegare, pro vtraque parte. Potest ergo iudex aperire dubia processus, & allegare plenius iura facientia pro utraq; parte, q̃ ferunt aduocati, & ad hoc quotidie allegatur iste tex. & cõcor. l. 1. C. vt quæ desunt aduoc. par. iud. supple. No. 6. ꝙ Cardinales cõ

b sulunt nedũ Rom. ecclesiæ, [b] sed toti ecclesiæ vniuersali. Sunt. n. vnum corpus cũ Papa, sicut canonici cũ Epo, de quo plenius dicam in c. ecclesia, ꝺ̃.ti. prox. No. 7. ꝙ app. Romanæ ecclesię, q̃nq; intelligitur de Rom. ecclesia particulr sumpta, q̃nq; sumitur pro

c vniuersali [c] ecclesia. Nã vnica est ecclesia totius orbis, 24. q. 1. loqtur, & in c. vnico. de schismã. li. 6. Ecclesiæ vero particulares sunt mẽbra istius ecclesiæ vniuersalis, & consistit ecclesia vniuersalis, ex collectione fideliũ, de conse. dist. j. c. ecclesia. No. 8. tex. ibi, [Nõ

d immerito præferentes speciali vtilitati &c.] quod vtilitas cõis [d] est præferenda speciali, & maior minori. Quid aũt si concurrat communis vtilitas in diuersis personis? dic, vt no. in l. j. sol. matri.

2 Vlt. no. tres modos prouidendi ecclesiæ vacanti. f. per electionẽ, postulationem, & nominationem, & dicit Host. ꝙ electio dẽt esse canonica, quia debet capitulum in ea seruare formam a canone præfixã, vt in c. quia p. p. j. ti. prox. Et si est legitime facta, acquirit ius electo, vt in c. cum inter canonicos, ꝺ̃. de ele. Postulatio vero debet esse concors, & postq̃ est præsentata superiori, non licet postulantib. ab ea recedere, vt ꝺ̃. c. prox. Nominatio vero debet esse solẽnis, & fit ꝑm eũ, qñ duo, vel tres, qui sunt excellentios res in capitulo, vel alibi, nominantur Papę, & petitur per collegiũ, ut Papa prouideat ecclesiæ de aliquo illorum. Et per hãc no

e minationem quodammodo ius acquiritur nominatis, [e] ar. 16. q. vlt. ꝺ̃ sanctorum. Nec possunt nominantes recedere a nominatione, postq̃ facta est superiori, secundum eum. sicut dicimus in postulatione, quia vtrobique eadem est ratio. Fatentur tamẽ In nocen & Hostien. quod si postulantes, seu nominãtes, & superiora quo petitur postulatio, conueniunt possunt postulantes resilire, non obstante ꝺ̃dictione postulati, seu nominati, quod no. Et q̃q̃ Inn. dixerit, ꝙ inter postulationẽ, & nominationẽ est differentia, qa postulatio fit cum solennitate; nominatio vero si ne; tamen non placet Host. dicenti, ꝙ postulatio proprie fit de vno, nominatio de plurib. Vel postulatio fit qñ plures sunt ĩ collegio, nominatio vero q̃ est vnus solus, quia proprie in vnũ nõ cadit electio, dic tñ, ꝙ cadit ius electionis, vt dixi ꝺ̃. c. proxi. Et satis põt teneri illa opinio, vt postulatio fiat de uno, nominato de pluribus. Et intellige in nominatione solenni quæ fit mõ prædicto, quando dat̃ libera potestas superiori prouidendi vni ex nominatis. Nã quædam est nominatio non solennis. f. quando ante scrutinium futurum, aliquis nominatur inter canonicos, tanquam bonus, & sufficiens. Illa. n. nominatio non tribuit ius nominato, vt in c. quod sicut, de ele. sed solum proponitur in collegio, vt eligatur, si placet collegio. Solẽt. n. nominari plures, et postea fit scrutinium de omnibus, & habens maiorem partem uocum remanet electus, vt in d. ca. quia propter, & hoc plus placet, q̃ hoc, quod ponit gl. fi. Quid aũt sit proprie electio, seu postula

9 tio, dixi super rub. In gl. 1. in † fi. No. singulariter istam gl. quæ solet iũcto tex. quotidie allegari, cum quæritur, an & qñ iudex possit ex officio supplere. Et de materia, vide aliquid per Inno. in ca. ad nostram. il 3. de iureiu. aliquid dic ut per gl. 28. dist. in c. priusq̃. & 30 q 5. iudicantem. & Spe. de dispu. & allega. §. fi. quasi per totum, & per Bar. & Bal. in l. 1. C. ut quæ desunt aduo. plenius per eũ

i idem dic de cœtu, [i] vt probatur in l. prætor. præalle. Respectu vero familiæ, dic quòd saltem requiruntur tres ad faciendam familiam, vt in l. detestatio. §. fi. ff. de verbo. significa. no. glo. in d. c. Quipo. contra tex. in eo, quòd collegium eligit sibi prælatum, Nota capitulum ecclesiæ cathedralis non habet prælationem episcopalem. ergo non potest eligendo illam transferre in alium, quia nemo dat quod non habet, vt in c. quod autem, de iure patron. Solu. dicit Ioan. de Lig. quod collegium non habet ius præsentanis formaliter, habet tamen virtualiter. Simile in domino simplici qui formaliter non debet sibi seruitutem, cum res sua nemini seruiat. Tamen potest in fundo suo alteri constituere seruitutem, vt in l. per fundum, ff. de seruit. rusti. pred. Hoc dictum mihi non placet in omnibus collegijs, vnde capitulum ecclesiæ cathedralis non potest dici, quòd virtualiter habeat ius episcopale, cum ad solo Papa procedat hęc potestas. 22. dist. in c. 1. & 2. Sed potest dici, quòd capitulum hoc facit non authoritate propria, sed ex potestate officij sibi tributi a canone. Non. n. eligunt iure proprio vt dixi in c. pen. supra. tit. proxi. Sed in istis collegijs inferioribus maxime popularib. posset procedere dictum Ioan. de Lig. Sed do opp. contra tex. de c. obeunti. 63. dist. vbi non solum collegia sed etiam religiosi vocantur ad eligendum episcopum. Sol. ibi Comp. quod religiosi vocantur non ad eligendum, sed ad consilium impendendum, & est illud de honestate secundum eum. Ille tamen tex. videtur irritare electionem aliter factam, de consuetudine tamen non seruatur, quod ibi dicitur, populus autem non vocatur non ad eligendum, sed ad consentiendum electioni. 63. dist. in c. plebs, cum seq. Princeps etiam vocatur, vt defendat ab

8 pressionibus, vt in c. vota. §. principibus, eod. dist. † Sed aduerte pone, quòd populus non vult consentire electo per collegium nunquid debet irritari electio? vide glo. notabilem 62. dist. cap. quę dicit, quòd non, ex quo non habet causam rationabiliter contradicendi, nisi scandalum generaretur. Et no. singulariter hoc timum, quòd cum scandalo populi, non debet quis pro

K etiam interueniente electione collegii. [k] Pro quo facit optime cum teneamur, de preben. c. nisi cum pridem, de renun. & vide singulare dictum Inno. ibi, vbi dicit, quòd si populus pertendit prælatum iam institutum, nec potest compesci a tali petitione, vt populus quiescat, & ecclesia stet in quiete, dẽt præsidere, vel remoueri per superiorẽ, assignato tamen sibi alibi be-

l no cambio, quod singulariter no. [l] † Item respectu eius quod di-

---

ADDITIONES.

a Si vero aliter. Facit in fi. gl. sing. & ibi Car. & Imo. in cle. vt hi, qui, in verb. concedatur, de æta. & qua. Ang. & Imo. in l. si quæramus, ff. de testa. & per tex. in l. fi. C. de rest. mil. in uerbo nullo modo, & per Imo. & do. meum tex. in c. 2. de test. Rom. cons. 325. inci. quoad primum consultationis articulum.

b In ecclesijs cathedralib. Facit c. cum ecclesia Sutri. de causa pos. & propr. & plerisque c. huius tit.

c Vt collegium. d. c. cũ ecclesia, cum ibi no. uide quæ dixi in c. cũ omnes. sup.

d Presbyter. Vide bo. tex. in c. porro. 84. dist.

e Collegium. Vide gl. in rub. ff. de col. ill. & Bal. in rub. C. pro socio. Bar. in l. 1. de colle. illi. Doc. in c. dilecta, de exce. præla. post gl. 1. ibi, & uide Bar. in l. prætor, in prin. hic alleg.

f Populum. Quid sit populus, uide Bal. in l. etiam. in 3. col C. de exec. rei iudic. facit uer. populus est arbor, populus collectio gentis. Et quot faciant familiam, dic 20. ut 10. q. 3. in cap. unio. Et quot faciunt familiam, uide Bal. in l. iubemus. §. finautem, in fi. C. ad Treb. ubi dicit, q est nomen collectiuum, & uerificatur etiam in uno.

g Seb. Sap. Et hoc facit. Vide etiam Bar. in l. sicut, §. 1. ff. quod cuiusq; universitatis. l. 1. ff. de prob. Card. in cle. in plerisque, in prin. q. ult. de ele. Bald. in auth. de locum, col. 2. C. de collatio Et qui teneant appellatione populi, ponit Felin. in ecclesia S. Mariæ, col 28. uer. tertio quæritur, de contti.

h De gente. Adde Bal. in l. 1. C. de prob. & in l. 1. in prin. in fi. ff. de iust. & iu.

i Cœtu. Adde Cy. & Bal. in l. 1. C. de tut. & cura. illustrium personarum, ubi dicunt, q 10. faciunt cœtum. uide in d. l. prætor, in prin. ff. ui. bo. rap.

k Seb. Sap. Electione collegii. Vide Rom. in cons. 331. in ult. col. Fel. in c. nisi cum scandalo. col. 1. uer. decimo, propter scandalum. infra de præser.

l Singulariter no. Adde Ro. sing suis. fol. 18. & cons. 332. Zac. Adde quod uoluit allegare Lud. Rom. sing. fino. 799. quod incip. an ego pro quo adde istum in disput. quæ incipit Eps, et quidam rector. et Imo. in c. fin. ad supplicationem, de renun. secus tamen est in Papa, ut per Fel. in c. fin. de eo, dit. 7 post Ion. et Card. in c. nisi cum pridem. de renun.

Adde, in quantum dicit de bono cambio istum, in cap. cum in cunctis, §. 1. uers. nu. 3. infra eo. Aen. Falc.

a xi de principe, [a] vide no. per Inno. in capitulo, quòd sicut, de elec. vbi dicit, quod potest ex consuetudine induci, vt canonici non procedant prius ad electionem, quam denuncięt Principi mortem prælati, & petant ipsius assensum in electione futuri prælati, aliter cassabitur electio attentata contra consuetudinem, argu. bonum in capitulo, lectis. 63. distin. Item potest Princeps obijcere cõtra electum, quòd est sibi suspectus in regimine. Non enim tenetur admittere prælatum, de quo non possit confidere, ne forte reuelaret aduersario secreta regni. Hoc dictum posuit Innocen. in capitulo, super his, de ace. quòd est singulariter no. Per hoc enim dictum, satis æque poterit. Princeps non admittere prouisum per Papam, si potest probabiliter ostendere illum sibi

10 suspectum. † Quæro tertio, quid si omnes de collegio sint mor-

b tui, [b] ad quem spectabit tunc prouisio ecclesiæ? Doc. in clem. in plerisque, de ele. & Arch. in capitulo, cum scimus 9. quæstio. 3. dicunt, quòd ad episcopum, qui eliget nomine collegii. Sed tu limita hoc dictum, quando ad episcopum pertinebat ius confirmandi electum a collegio. Vnde in hoc pono meliorem regulam, q propter negligentiam collegii, vel mortem omnium de collegio, ius prouidendi deuoluitur, ad eum qui habet potestatem confirmandi electum, siue sit episcopus, siue sit alius prælatus. Idem dic, quoad ius instituendi, vt patrono negligente, vel mortuo sine hærede, ius prouidendi deuoluatur ad illum, ad quem pertinebat institutio. Ad hoc vide glos. notab. & tene illam semper menti, in cle. vnica, de supp. negl. prælato. in verbo, dispositionem. Quæritur quarto, qualiter prouidetur alijs beneficijs, seu ecclesijs, non collegiatis. Solu. dicit hic Compo. quòd ad præsentationem patroni, si habent patronum, vt in capitulo, nobis, de iure patro. Si autem non habent patronum, prouidebit episcopus. 16. quæstio. 7. capitulo, omnes basilicæ. Sed tu dic latius, vt dicam in capitulo, cum ecclesia Vulterana, infra eo. vbi tractabo generaliter de potestate conferendi omnia beneficia, siue sint in ecclesia cathedrali, siue in alia. Quæritur quinto quæ forma debeat obseruari in electione, quando in ecclesia non sunt plures, quã duo, vel tres? Sol. dicit Gof. quòd eligant more antiquo, quia propter

11 defectum personarum, non possunt seruare formam c. quia propter, infra eod. Tu dic, vt latius ibi dicam. † Quæritur sexto nun-

* quid beneficiati in ecclesia vltra canonicos, habeant vocem in

c capitulo, Docto. communiter * tenent quod non [c] quantuncunque sint ibi perpetuo beneficiati, quia solum canonici faciunt collegium, & vnum corpus cum episcopo, vt in capitulo, nouit, de his quæ fia præla. & idem no. Doc. in capitulo, 2. de insti. vbi dixi. Et idem dic in ecclesijs collegiatis inferioribus. vt canonici solum faciant collegium, non autem ibi habentes altaria, seu capellas, vel alia beneficia, vt probatur in d. capitulo, dilecta, iuncta

12 glos. prima de excess. præla. † Vltimo hic quæritur, nunquid quod hic dicitur, habeat locum in collegio sęculari, vt illi de collegio possint sibi eligere vnum rectorem? dic, quòd si exercent aliquã processionem, vel negociationem licitam & honestam, possint sibi eligere rectorem, qui habebit iurisdictionem in ciuilibus in his tantum, quæ oriuntur occasione illius professionis, seu negociationis. tex. est notabilis in l. fin. C. de iur. om. iudi. & not. Innocen. in capitulo, cum ab ecclesiarum, de off. or. & in d. capitulo, dilecta, & Barto. in l. fi. C. de colle. illi. Idem dic in facientibus

d collegium ex aliqua pia causa, vt sunt isti disciplinati, vel facientes collegium pro maritandis puellis, vel similibus pijs actibus, Nam isti faciunt collegium approbatum, vt in l. fi. ff. de colleg. illi. & per Barto. ibi, dixi enim idem in d. l. fin. quod rector istorum non habebit iurisdictionẽ, sed solum potest disponere in volentes. Potest tamen aliquem cassare de collegio, si non vult obedire, facit c. ex literis, de consti. Abbas.

ADDITIONES.

a De principe. Vide quæ dixi in c. primo de consue. sup ra. Adde vtrum istud dictum Inn. habeat locum in Papa. f. vt ipse teneatur requirere consensum Principis? & ite tenet q non, in c. cum inter, in pen. notabili, infra eo. Aen. Fal.

b Mortui. Vide istum in c. cum ecclesia Vulterana, in pen. col. in ver. quid autẽ de Sen. cons. 33.

c Quod non. Adde Rom. sing. suis. fol. 19.

d Seb. Sap. Pia causa. Vide Bar. in l. cum senatus, ff. de reb. dub. & dicit ibi Pau. de Cast. q talia collegia, licet sint ad piam causam, sunt tamen sęcularia, & possunt sub iudice laico conueniri, & ita dicit se consuluisse. Et idem dicit Pau. de Cast. ubi late Ale. in l. collegium, C. de hæredi. insti. de quo per Card. in cons. 13. & in cle. quia contingit, de relig. domi.

SVMMARIVM.

1 Statutum intelligitur factum a populo, si interrogetur populus, an sit faciẽ da aliqua res, & acquiescat.

2 Papa, an habeat totam potestatem ipse solus, an vna cum vniuersali ecclesia.

3 Bonus licet quilibet præsumatur in singulari, tamen populo collecto secus, etiam respectu singularium personarum. Nam aliquæ præsumuntur corruptæ, & quod aliquis sit bonus ad quem spectat probare, vide infra c. prox. nu. 7.

4 Populus non potest sibi eligere aliquem in prælatum.

5 Populus non potest habere ius præsentandi.

6 *Argumentum a communiter accidentibus ualet, etiam in malo præsumendo.*

CAP. II.

Osius Episcopus. Populus non debet Episcopũ, vel alium prelatum eligere. vel sic, Electus ad clamorem populi, non debet per superiorem confirmari. Primo ponitur narratio, secundo approbatio ibi, [Synodus.] Casus literalis. Osius Episcopus in concilio Sardicensi, dixit si aliquis ostenderit literas populi, per quas literas populus ipsum petat in suum prelatum, quia præsumptio est contra ipsum, q populum corruperit præmio, & mercede, dicit q pro hujusmodi fraude damnetur, ita, quod laicam communionem in fi. non recipiat, nisi pœnituerit, & Synodus ipsius sententiam approba-

1 uerit. Ber. † No. primo modum & practicam condeudi canones seu constitutiones in concilio generali, Nam vnus ex prælatis concilij proponit totam materiam constitutionis fiendæ, & interrogat totum concilium, vtrum velit sic statuere, & si concilium acquiescat, habetur illud pro statuto. Et hoc idem obserua tur in istis vniuersitatibus sęcularibus, vt not. Barto. in l. omnes populi, ff. de iust. & iu. vbi dat aliam practicam, vt proponatur materia in confuso, vt puta dicet vnus, placet prouidere super tali materia? postmodum insurgant consultores dantes super illa materia varia consilia statuendi, & illud consilium quòd obtine-

2 bit in vniuersitate, erit lex, seu statutum ipsius vniuersitatis. † No. secundo & tene menti, quod Synodus, seu concilium generale, facit quandoque constitutiones citra materiam fidei. Ex quo infertur, quòd potestas ecclesiastica est in Papa, & in tota ecclesia. In Papa est tanquam in capite, in ecclesia autem tanquam in corpore. Vnde vide tex. notabilem in capitulo, ita dominus. 19. distì. vbi dicitur, quod potestas non fuit data soli Petro, sed toti ecclesiæ. Petro tamen tanquam capiti ecclesiæ, hoc tamen non est sine opinionibus. Nam multi volunt dicere, quòd tota potestas fuit collata Petro, & per consequens residet in solo Papa, de quo plenissime dixi in quadam disputatione, & aliquid dicam in capitulo, significasti, infra eo. Tertio no. quòd lex edita in concilio,

a potest publicari nomine concilij, [a] licet nulla fiat mentio [b] de Pa

b pa, vt patet ibi, [Synodus respondit,] & c. & idem probatur in capitulo, primo de spon. & in capitulo, aduersus, de immunita. eccle. In multis tamen cap. dicitur, seu actus attribuitur Papæ cum consilio concilii, & concorda, vt dixi in capitulo, primo. (A) de spons. Intellige tamen, quod Papa hic compræhenditur appellatione synodi, quia non potest fieri concilium generale sine Papa,

3 vt in capitulo, multis, 17. distin. † Quarto no. quòd synodus [c] quan

c do capitur pro cõcilio generali, & est synodus nomen græcum, vnde latine idem est, quòd congregatio. Solet tamen communiter capi synodus pro congregatione, quam fecit episcopus ex clericis suę diœcesis, vt infra de accus. capitulo, sicut olim. Vnde communiter dicimus, quòd episcopi faciunt synodum. Archiepiscopus facit concilium prouinciale, vocando scilicet omnes episcopos (B) prouinciæ. & de his plene per Innocen. in capitulo, graue, infra de preben. Papa dicitur facere concilium generale respectu prælatorum totius orbis. Dubium tamen est de iure, quis debeat interesse concilio generali, & dare vocem? plene dixi in dicta disputa. Item no. quod in populo præsumuntur existere aliqui non habentes synceram fidem, sed potius præmio & mercede corruptibiles, & videtur in hoc mirabilis iste text. quia quilibet in singulari præsumitur bonus, vt in capitulo, fi. de præsum. & tamen in populo collecto, non est ista præsumptio respe-

4 ctu singulorum, vt hic. † Vltimo no. quod populus [d] non potest

d sibi eligere prælatum, seu rectorem ecclesiasticũ, q̃ tũcũq; videat eligere vnanimiter & cõcorditer, neq; sufficit, q clamor populi etiam insurrexerit in ecclesia, petendo aliquem in prælatum, q̃a potuit hoc fieri in fraudem, vt dicitur in litera. Sed quæro quid

ADDITIONES.

a Concilij. Vide istum in c. 1. de pact. & ibi per do, meum.

b Seb. Sap. Nulla fiat mentio. Vide Dec. in c. 1. in prima lectu. col. 1. infra de iu. ubi dicit, quod si constitutio fit principaliter a Papa approbante concilio, dicitur constitutio papalis facta in concilio, vt in c. licet infra eod. cũ simi, fi vero principaliter fit ab ipso concilio, dr conciliaris, vt hic. de quo per Fel. post Abb. in c. 1. infra de spons. f. Arguit tamen d. Dec. ubi supra q semper debeat dici papalis, quia concilium consentit, & Papa principaliter nominatur, & qui alteri facienti consentur, non dicitur facere, l. fi pater, in fi. ff. de manu. vind. & ibi per eum.

(A) Vbi vide Fel. & Dec. in ca. de iudi.

c Synodus. Vide bo. tex. de oibus. 15. dist. c. sicut, & istum in c. ego N. de iureiu.

(B) Et an laici debeãt interuenire, vide gl. & istũ in c. fi. infra de his quæ fi. a præ.

d Populus. Vide no. in c. cura, de iur. pat. Aduerte tamen, q licet populus non possit sibi eligere prælatum, debet tamen electioni consentire, vt in c. plebs, cum trib. seq. 63. dist. adeo q electio facta sine consensu populi, potest irritari, si ex hoc sequitur scandalum, 62. dist. c. 1. & ibi no. facit dictum Inn. in c. cum pridem. de renun. Aen. Falc.

Zac. Tu dic, inquantum iste ponit, q electio facta [a] sine consensu populi potest irritari, si ex hoc sequitur scandalum, vt no. supra c. præceden. in apost. in ver. singulariter no. nu. 9. Et adde q hodie laicis ius eligendi prælatos ex consuetudine & priuilegio competit, vt no. iste & Doc. in c. Massana. & in c. sacrosancta, & ibi Deo duce notabimus, infra eo. no. Fel. in c. apostolicæ, col. 4. ver. cæterum limitabis, de excep.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid intendit text. ibi, [Literas populi.] &c. Sol. Potest intelligi iste tex. dupliciter secundum Doc. q cum quæreretur de ista institutione sua ad episcopatum, vel aliam plaluram, respondebat q habebat literas populi, qui surrexerat in ecclesia vnanimiter eum eligendo. Vel secundo, petebat iste confirmationem a superiore, & de electione sua faciebat fidem, ostendēdo literas populi, qui eum elegit, quæ quidem electio non valet, duplici respectu. Primo, quia factæ per laicos, vt in c. Massana, ĩ. eo. Secundo quia fuerat facta ad clamorem populi, & no. q minus præsumtur pro toto populo, quam pro aliquib. prudentibus de populo quia in toto populo reperiuntur multi viles non habentes rectũ
5 iudicium rationis, sed corruptibiles. † Et limita hunc tex. per ca. querelam. ĩ. eod. Nam quandoque populus potest habere ius præsentandi. vt ibi, non tamen eligendi, vt hic, & in ca. nobis, de
6 iure patro. † In glo. in ver. [Corrumpi] ibi [quia frequentius] &
a hic facit, q valet ar. [a] a communiter accidentibus etiam in malo præsumendo, in c. 1. ĩ. de cle. non resi. Vel solue aliter secundum Hostien. in malo, & in his quæ contra ius fiunt, non potest nisi malus animus præsumi, vt in c. 1. ĩ. de præsum. & in cap. & si Christus, de iureiuran. secus in dubijs, & hoc casu loquitur contrarium formatum in glo. Abb.

ADDITIO.

a Argumentum. Vide bonam gl. & ibi Doct. in l. neque natales, C. de prob. n l. certi condictio, §. si nummos, ff. si cer. pe. l. certe, §. fi. ibi quotidie. n. §. cario, ff. de precario. Bar. in l. quis sit fugitiuus, §. apud Labeonem, ff. de ẽdil. edi.

SVMMARIVM,

1 *Electus debet necessario confirmari, si per superiorem reperitur idoneus. 4. 5. 8.*
2 *Electus non dicitur habere plenum ius ante confirmationem. Electio facta a secularibus, an requirat confirmationem superioris.*
3 *Consuetudo, quod electio ecclesiastica non confirmetur per superiorem, non valet.*
4 *Confirmatio quomodo est facienda per superiorem in electo, & præsentato. Idoneus ad aliquod officium, quomodo quis præsumatur?*
6 *Inquiri de fama alicuius debet in loco, vbi est connersatus.*
7 *Idoneum quem esse, ad quem spectat probatio.*

CAP. III.

Postquam. Electio canonica confirmanda est; debet tñ superior ante confirmationem inquirere de conuersatione, & vita electi. vbi fuit conuersatus. Primo ponit vnum dictum, secundo aliud ibi, [Cuius.] Casus li. Dicitur in c. isto, q quando confirmatio electionis petitur a suo superiore, superior inquirere debet de vita & moribus electi in loco, in quo conuersatur, & si dignus inueniatur, & electio sit canoni-
1 ca, confirmari dẽt sine dilatione. B. † No. 1. q confirmatio est necessitatis, licet electio a principio fuerit voluntatis. Canonici. n. non tenẽtur eligere certum, sed possunt eligere quem volunt, dummodo idoneum, vt in ca. quia pp, ĩ. eo. Superior autem ad quem spectat electionis confirmatio, tenetur ex debito electionem confirmare, si nihil impedit electum. Hinc est, q ptãs cõfirmandi, seu instituendi, pertinẽs ad epm, transit ad capitulum sede vacante, vt in c. cum olim, de maio. & obe. & in c. 2. de insti. li. 6. secus in potestate conferendi, seu eligendi, vt in c. vnico, ne sede vacan. lib. 6. & in c. fi. de reg. eo. li. nam diuersitatis ratio est, ga confirmatio, seu institutio, est necessaria, & nullam libertatẽ superior in ea exercet, sed vt itur iurisdictione necessãria, sed collaa tio, [a] seu electio est libera, de quo vide quæ dixi in d. c. cum olim.
2 † Secundo, ex hoc, & ex tex. no. q electio nõ tribuit plenum ius
b ante confirmationẽ faciendam per superiorem, debet ergo electio prius necessario confirmari, & per confirmationem acquirit electus exercitium iuris competentis prælaturæ. Ante enim confirationem, habet ius solum in habitu, non autem in actu, de quo vide bo. gl. 63. dist. c. quanto, & in l. priuatorum, C. de iur. om. iud. dicam plenius in c. transmissam, ĩ. eo. Et idem dic in electione facta per collegium seculare, debet. n. de iure confirmari per superiorem, vt no. per glo. & Doct. in d. l. priuatorum, & per illam gl. & iura in ea alle. dixit Bal. in auth. habita, C. ne fi. pro patre, q electio facta per vniuersitatem scholarium de Rectore, est de iure per superiorem confirmanda. Fatetur tamen consuetudine posse induci, vt sine confirmatione administret, & ita vi
3 demus hodie communiter practicari in studijs Italiæ. † Puto tamen consuetudinem non valere quoad ecclesiastica collegia, quia talis consuetudo posset esse damnosa multum ipsis ecclesiis, q possent transire in digni, non habita confirmatione a supc riore. Et nihil est quod magis ecclesiis noceat, q̃ q̃ indigni [c] assumantur ad egimen ipsarum, vt dicit tex. in c. nihil, ĩ. eod. Consuetudo autem damnosa multum ecclesiis, non valet, vt in cap. 1. de const. & specifice ꝺ hanc consue. facit tex. in c. cum venerabilis,
4 de consue. & c. auaritiæ, ĩ. eod. lib. 6. † No. 3. q superior ad quem
d spectat confirmatio, nõ debet ex abrupto [d] electionem confirmare, sed debet prius inquirere de vita & morib. electi, & hodie debet in confirmatione seruari forma, de qua in c. fi. ĩ. eo. lib. 6. alias confirmatio est nulla, vt ibi. Et idem dicit ibi gl. sin. quod institutionem feciẽdam de præsentato per patronũ. Non. n. debet superior instituere istum, nisi prius emittat edictũ, & in alis seruet quod ibi, hr̃, & no. sing. hoc vltimum. † Qualiter aũt dẽat
e superior informari [e] respectu substantiæ probationis? primo dicit hic Inn. q non oportet necessario q superior recipiat testes, vel iuramentum, sed põt inquirere per famam, & per literas testimoniales Comp. tũ dicit, q immo recipiat testes, instrumenta, iuramenta, & etiam adminicula famæ. Ioan. And. vr̃ approbare primum, ar. c. tua, de coha. cle. & muli. sed vide tu quod dixi in
f c. 1. §. eo. ti. proxi. Et puto, q si contradictor appareat, teneatur ip perior recipere probationes oblatas per contradictorem. [f] vt in d. c. fi. Eo vero deficiente, relinquerem hoc arbitrio suo: Nam fe cundum famam electi recipiat probationes: Nã possibile est, q electus ita notorie sit idoneus, vt nulla alia sit facienda examinatio, vt est bo. tex. in c. constitutus, il 2. de ap. & vide bo. tex. cum gl.
6 24. di. in c. nullus. † Vlti. no. q inquisitio famæ debet fieri in loco, vbi qs est conuersatus, & dicit alibi lex, q quis est habẽdus pro-
7 ut æstimatur in ciuitate sua, ff. de var. & extraor. cog. l. 5. Sed pro declaratione literæ, cui incumbit onus probandi idoneitatem, vel dignitatẽ electi, cum tex. hic mandat electionem confirmari sub conditione, si nihil electum impediat. Sol. dicunt Doc. q
g electus præsumitur idoneus, vt in c. fi. de præsump. § superior tamẽ debet ex officio inquirere. Puto primum dictum procedere quoad bonitatẽ intrinseam, quæ ineſt homini a natura quoad extrinsecam vero accidẽtaliter prouenientem, cessat præsumptio. Vnde si dubitatur de tali idoneitate, non dẽt superior confirmare talem, nisi ipse doceat se esse idoneum, vt aperte probatur in c. cum dilecti, ĩ. eo. melius, in c. cum nobis, eo. ti. vbi fuit dilata confirmatio, quia non potuit constare, q electus haberet ætatem a iure requisitam. Et vide ad materiam omnia quæ no. Ioan. And. in regula, infamibus, de reg. iur. lib. 6. vbi prosequitur materiam, quando contradictor apparet, & opponit vtrum sibi incumbat onus probandi istam idoneitatem extrinsecam, an ve
8 ro electus teneat probare, & vide de vtraq; idoneitate tex. cum gl. in c. fi forte, ĩ. eo. ti. lib. 6. † Vlt. quæritur, quid si superior renuit electionem confirmare, nulla leguima causa in contrarium existente. Sol. dicunt Doc. & bene, q debet recurri ad superiorem, vt ipsum compellat electionem confirmare, arg. in c. nullus, de
h iure pat. [h] Dic tu melius, q superior poterit confirmatori præscribere certum terminum ad confirmandum, & si intra terminũ non confirmauerit potestas deuoluitur ad eum: Nam licet ad conferendum, & eligendum, sit tempus a iure præfixum, tamen ad confirmandum, vel instituendum, non reperitur tẽpus præfixum a iure, ideo oportet, vt modo prædicto procedatur, vt dixi post do. de Rota in c. 2. de concessio. preb. Abb.

ADDITIONES.

a Sed collatio. Ibi, libera. Vide tex. iuncta gl. in ver. liberaliter, de præb. c. relatum. Adde, vt per Fed. consi. 30.
b Plenum ius. Vide quæ scripsi in c. postulationem, in nu. 4. in ver. pleno iure, sup. de postu. præla. vbi concordo vnum dictum quod videtur huic contrarium. Æn. Falc.
c Indigni. Hoc dixit Io. Mon in c. super eo, de hær. lib. 6. quod ecclesia indigentibus viris literatis, & non asinis ferratis.
d Abrupto. Vide in c. cum nobis olim, infra eo.
e Informari. Vide quæ dixi in c. 1. supra de postu. præla.
f Seb. Sap. Per contradictorem. Vide Abb. in c. cũ nobis, ĩ. eo. vbi videtur velle, q in casu quo petens electionem confirmari, deberet probare certam ætatem, si apparet contradictor, non debet probare. cuius tamen contrarium tenet Abb. in c. in præsentia, in glo. in verb. secundæ, de prob. & tenuit contrarium in l. de ætate, in 3. q. Bar. ff. de minori.
g In c. fi. de præsumpto. Vide ibi Dom. & Doc. in cle. vni. in verbo constituerit, de offi. dele.
h Arg. in c. nullus, de iure pat. Vide quæ dixi in c. bonę, in il 2. supra titu. proxi. in apost. in titu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum potest quis exigere per procuratorem.*
2 *Papa nihil potest disponere contra Euangelium.*
3 *Papa quando est, & in quibus casib us supra concilium, & in quibus concilium supra Papam.*
4 *Papa qui est in notorio, & incorrigibili peccato, & in eo perssistit, potest a quam hæreticus puniri.*
5 *Beneficia debent pure conferri, & an habeat locum in Papa?.*
6 *Expressio eorum, quæ tacite insunt, quando aliquid operetur.*
8 *In iuramento excipitur authoritas superioris, hoc quomodo intelligatur.*
9 *Papa non potest quem absoluere a iuramento, nisi legitima causa.*
Dispensatio Papę contra ius diuinum, non facit tutum dispensatum coram Deo.
10 *Digitus non est membrum, sed pars membri.*
11 *Compensatio non admittitur in deposito.*

CAP. IIII.

Significasti. Electo in Archiepiscopum, sedes Apostolica pallium nõ tradit, nisi prius præstet fidelitatis, & obedientiæ iuramentum. Et pertinet istud ad secundam partem rubricæ. Primo ponit admirationẽ, quam confundit. Secundo duplex admirandi motiuum, cui respõdet. Tertio

Tertio concludit. Secunda ibi, [Aut omne.] Tertia ibi, [cum igitur] Casus literalis. Dominus papa per nuncios suos misit pallium Archiepiscopo Panormitano tali conditione, si sacramentum præstaret, secundum formam, quam ipse papa illi transmisit per apocrifarios suos, propter quod mirati sunt Reges, & regni maiores, quòd papa propter hoc iuramentum exegerit, dicentes, quòd non est iurandum a thoritate Euangelij, ubi dicitur, [Nolite iurare omnino, quod amplius est, a malo est.] nec ab Apostolis, nec in concilijs inuenitur, quod sit iurandum. Archiepiscopus significauit hoc domino Papæ, ipse rescribit ei dicens, mirentur super hoc dominum Iesum Christum, qui eandem conditionem apposuit, dum dixit, [Simon Petre, si diligis me, pasce oues meas.] argumentatur papa ex facto domini. si ergo dominus, qui conscientias omnium nouit, hac conditione fuit vsus, multo fortius, & papa potuit apponere hanc conditionem qui hominum conscientias non nouit. Postea respondet authoritati Euangelij, [Nolite iurare.] &c. [quod amplius.] Et dicit, quod incredulitas eorum, qui nolunt credere, nisi iuretur, facit, vt hoc malum, id est, iuramentum exigatur, domino permittente, & multi etiam post iuramentum præstitum ab vnitate ecclesiæ, & ab obediẽtia sedis Apostolicæ recesserunt, quod malum est. Et propter hoc malum, iuramentum pro fide, pro obedientia, pro vnitate, debet præstari. Dicunt etiam, quòd in conciliis non inuenitur, quod sit iurandum, sed hoc non obstat, quia R. o. ecclesia præstat authoritatem concilijs, & per eius authoritatẽ robur accipiunt, & in concilijs semper excipitur eius authoritas. In fine dicit, quòd qui insignia suæ dignitatis a sede Apostolica petunt, dignum est vt signa subiectionis Apostolicæ sedi exhibeant, per quæ declarent se habere, & seruare capitis vnitatẽ.
1 Ber. † No. secundo quem posse exigere iuramentum per alium, [a]
a puta per procuratorem, vel nuntium, & ei videtur iuratum, cuius nomine iuratur, concor. capitulũ, si diligenti, de præscri. Not. 3. illa verba, per quæ Christus constituit Principem & papam B. Petrum. [pasce oues meas, &c.] non autem per illa. [Tu es Petrus,] & [super hanc petram &c.] Nam per illa verba Christus pmisit sibi pontificatum, cum fuerit locutus in futurum, &c. Item ista verba, Pasce oues meas,] fuerunt dicta Petro post passionẽ, quo tempore Petro fuit collatus pontificatus, vt in c. considerã dũ, 50. dist. Vbi dr̃, q Petrus fuit factus Põtifex post delictũ abiu
b rationis per eũ cõmissum. Et vide qd̃ hr̃ in c. fidelhor, ea. di. dixi plene in c. trãslato, [b] 5. de consti. No. 4. q Chri actio, dẽt esse nr̃a
2 instructio, concor. 2. q. 1. c. Deus oĩpotẽs. & c. quatr & q̃n. 2. de ac
c cus. † No. 5. q papa nõ pot aliq̃d ponere contra Euãgelium, de
3 quo vide bo. tex. in c. sunt quidam. 25. q. 1. No. sexto, q p fide,
c obedientia, & vnitate, est licitum jurare. Adde alios casus qui
d hic habentur in glos. Not. † septimo, [c] quod concilia [d] generalia

ADDITIONES.

a Per alium. Vide Arch. & Io. And. in c. vt circa de ele. li. 6. & in c. licet ex quadã. de test. & pulchre per Lud. Ro. suo cons. 100. inc. an iuramentum testis.
b Translato. Vide ibi Doc.
c Seb. Sap. Nota septimo. Plura prodita fuerunt consilia super hac materia superioribus annis extant duo Decij cons. 151. maxime ponderis, & in seq. consi, vbi laris sime de potestate summi Pont. & ad quos spectet congregare concilium. multa etiam de negligentia papæ tradit acutissimus & copiosus Doctor, do. Io. Igneus, in disputatione sua, an rex Franciæ recognoscat Imperatorem, col. 7. aliqua etiam per Dec. in c. porrecta. de consti. vti vel inu.
d Concilia. An & quando concilium sit supra papam, vide istum in disp. Episcopus & quidam rector. & Archie. Flo. in 2. par. tertiæ par. fuæ Sum. tit. 24. inci. non abscondi misericordiã, vbi multa de cõcilio, & de eius inferioritate ad papam, & per istum, in concilio facto vltimo loco Basileę, translato postea Ferrariam, postea Floren. & per istum in sermone habito Basileæ, inci. maximum, & per Lud. Rom. in ult. trib. consi. in quibus locis etiam voluerunt, q papa no hæreticus, sed scandalizans, possit deponi a concilio, secuti gl. in c. fi papa. 40. dist. sed pro maioritate papæ ad concilium, & contra dictam opi. vide Pet. de Monte, episcopum Brix. in libello, de potestate papæ & concilij, & Arch. Flo. in 2. par. fuæ Sum. tit. 3. c. 11. dum ponit de schismate. ubi multum institit pro Eugenio contra cõcilium Basileæ. post ipsum scripsit etiam And. Barb. in cle. ne Ro. fol. 17. de elect. ubi pro papa facit 87. arg. & refert Platina, in lib. de vita pontificum, de Io. 23. fuisse decisum in conci. Constantiensi, quod concilium generale legitime cõgregatum, habeat statim potestatem a Christo, quo fundamento concesso dicebant ipsum pontificem ei subijci. Est etiam ad materiam consi. Lud. 380. dum consuluit, contra collationem papæ factam contra statutum concilij Basiliensis plene etiam scribit Ludo. idem cons. 523. secutus late gl. in d. c. fi papa. & vide Aug. de Anco. in li. de ptate eccl. q. 5. ar. 4. & vide Lud. Rom. cons. 332. quod primum in fi. & Bal. in c. olim, ad fi. de rescr. & Dom. in c. propter. il 1. in fi. 28. distin. quod in casu necessitatis possunt prælati congregare concilium, irrequisito papa, & vide Pet. de Mõte, in tract. de potestate papę 10. col. dicentem q licet cle. ne. Ro. § irritum, de ele. irritet gesta per Cardinales spectantibus ad papam, vacante papatu, & sic non videantur posse congregare concilium, per c. 1. 17. dist. Tamen illud intelligitur, nisi se impediãt de talib. propter regulandam citius, & clarius electionem papæ factam in discordia, uel producentem schisma quo casu possunt congregare concilium, licet sit actus spectans ad papam, & prima facie alienus a facto electionis. all. Car. hic, vbi etiam ipse idem tenet, allegans Hug. in c. fi duo. 79. dist. & idem etiam ponit Card. cons. 150. quæsitum æpe fuit a me, in ver. tertio quæro, vbi ponit eadem verba formalia respondendo ad §. irritum, & vide Pet. de Monte in tract. suo de congreg. concilij, dicentem hanc congregationem spectare ad collegium Cardinalium, quib. negligentib. Imperator cõgregabit concilium, & eo negligente prælati ipsi conuenient petendo licentiam ab asserto papa, & ea etiam non obtenta, discedendo. Et facit solennis ordo seruatus in concilio Constantiensi in depositione Io. papæ 23. de quo pe Platinam post alios historicos, in lib. de vita pont. ubi dicit a concilio fuisse deputatos viros peritos, qui iudicauerunt 40. capitula ei obiecta esse digna depositione, quia in aliquib. erat adeo inueteratus quod propter incorrigibilitatem sapiebat hæresim, & aliqua erant scandalum pantura, si amplius fuisset toleratus. Et sic concilium cognouit de qualitate criminum ipsius papæ. An autem habeant isti de concilio ordinariam, vel delegatam, vide Marti. de Laude. in tract. de conci. q. 24. quæ nc. quæro an congregato concilio, post Io. And. & Imo. in c. graue. de preb. & pulchre dicit Bal. in d. c. olim, ad fi. de reser. quod ubi tractatur de authoritate papę, & sua causa, nõ requiritur eius authoritas in congregatione concilij. Et sic limitatur, quod habetur 17. dist. quasi per totam, & in congregatione generalis, minor pars eorum, qui debẽt interesse, potest citare maiorem, data eius contumacia, potest minor pronuntiare se constituere concilium generale, & in se esse iurisdictionem. Ita dixit Pet. de Monte, in suo libello de papa, 16. colum. ibi, sexto quæro quot personę. Ex quo infertur, quod sicut concilium est iudex competens, ubi agitur de crimine papę saltem, qualificato, illis modis, quos ponit glo. in c. si papa, ita sit competens in cognoscendo, an ipsum crimen quod opponitur papæ sit tale quale esse oportet, vt concilium iudicare possit, per istud dictum Petri, secundo per regulam, quæ habet, quod iudex causæ præparantis, est etiam iudex causæ præparatæ, l. ordinarij, uer. ab eodem iudice, C. de rei vendi. & ibi Bal. in l. minor, in fi. prin. ff. de euic. Pau. de Cast. in l. 2. ad fi. C. ubi & apud quem, & Marianus in c. 2. 40. col. uer. 12. fallit, de mutuis peti. Et vtrum papa possit non congregato concilio, deponere Cardin. vide do. meum, in tractatio de præstant. Cardin. in 8. questio. principali, & uide omnino Cardin. in consilio. 150. ubi ponit, quod concilium est iudex inter contendentes pe papatu. Item quando papa accusatur de hæresi. in prima colum & in secunda colum. ponit quis habeat congregare concilium, & vide istum in capitulo, licet de vitanda. in secunda colum. in versiculo, 2. colligitur. eo. titu. Adde Pau. de Cast. consilio, 387. in secundo impressis.
Ant. Fran. Circa istam scrupulosam, & periculosam materiam de concilio, puto an omnia esse considerandum, quod aliquod est concilium prouinciale, & istud congregatur de mandato papę, vel patriarchę, seu Metropolitani, vt habetur in capitulo, regula. 6. porro. 3. distin. & in capitulo, multis. 17. distin. & hoc concilium sic congregatum, est maius, quam quod singulares prælati de prouincia celebrant, vt in clem. prima. §. quod etiam in interdictis, & ibi plene per d. Cardin. de sentent. excommun. ubi etiam dicit, quod est maius ipso Archiepiscopo, & ipso Metropolitano, a quoad ipsum concilium prouinciale appellatur, vt ibi per Cardin. per d. §. porro. 3. dist. Et adde, quod tale concilium prouinciale, potest congregari, etiam sine Metropol. quando ibi non est Metrop. vt in capitulo, placuit, & ibi per Arch. 16. distin. Et adde quod talia concilia prouincialia, debent congregari ante quadragesimam, & circa autumnum, vt in capitulo, decernimus. 8. dist. & in cap. sicut olim, de accu. Et quid in talibus concilijs tractari debeat habetur in capitulo, qualiter & quando, il secundo de accu. & in capitulo, sequen. & habetur in capitulo, graue, de præben. & Innocen. in capitulo, in singulis, & in capitulo, ea quæ, de sta. monacho. ubi etiam tractat de congregatione capitulari, quę fit per religioso, vel singulis annis, vel singulo biennio, & quæ in illis tractanda sint, & de concilio prouinciali, habetur etiam in capitulo, primo de iud. De concilio autem generali, siue vniuersali, quod dicitur repręsentare vniuersalem ecclesiã, prout videtur esse optimus tex. in capitulo, maiores. 24. quæstio. 1. vnde sumpta est practica, quæ seruatur in modernis concilijs, dum dicitur, Sacrosancta Synodus Lateran. vniuersalem ecclesiam repręsentans. De quo etiam est tex. in capitulo, Synodum. 17. distin. In hoc puto multum esse aduertendum, & considerandum, cum agatur de vniuersali statu ecclesiæ, & de potestate, & sue perioritate summi pont. ad concilium & econtra, & de potestate & autorita te reuerendiss. do. Cardin. & aliorum præl. ad tale vniuersale concilium conuenientium, & super qua materia nouissime per excellentiss. Iurisc. prout vidi, & perlegi, fuerunt edita, tempore Iulij. Pon. max. qui postea indixit prędicens Lateran. concilium, quod adhuc non videtur esse perfectum, subtilissima consilia, & ideo dixi scrupulosam & periculosam esse materiam, quia de maximis & arduis in similibus concilijs reb. agitur & pertractatur. Et primo considerandum est ad quem spectet congregatio talis concilij vniuersalis. & non credo dubitandum. quod regulariter debent fieri a summo pont. vt in d. c. por ro. 3. di. & in c. 1. & per to. 17. di. & ideo dixit glo. in capitulo, quod translatione, de of. le. quod congregatio talis generalis concilij est de reseruatis papę, quod etiam videtur voluisse Ioan. And. in capitulo, nemo, de electio. lib. 6. in nouella, super glos. 2. & ita etiam voluit Bald. in tra. schisma. in 15. colum. ubi dicit quod concilium sacrum totius orb. non potest congregari, nisi per papã. Et de tali congregatione concilij generalis ad quem spectet, habetur in capitulo, significasti, hoc eo. tit. & in capitulo, ecclesia, de consue. di. 1. & ĩ capitu. mandatis. 1. q. 7. & in capitulo, dene quidem. 63. distin. & in capitulo, Adrianus. 64. dist. & facit bo. ter. iuncta glos. in uer. vniuersalibus. 1. quæstio. 7. in capitulo, conuenientibus. & alia glos. uer. legatus, in capitulo, regula. 17. di. quæ dicunt, quod solus papa congregat concilium, aut legatus Apostolicus de mandato papæ, & idem etiam uoluit glos. in capitulo, sicut unire, de excepræl. & Spe. in tit. de leg. in §. supereſt videre, in uer. sed nunquid. & sentit B. Tho. 2. 2. q. 1. ar. 10. & in 1. par. Summæ quæst. 36. articu. 2. & vt dixi, non credo de hoc dubitandum, quia regulariter talis congregatio generalis concilii spectat ad papam. quod etiam sentit Io. de Ana. in capitulo, fraternitas. de hær. circa fi. 1. col. & est bo. tex. & forsan melior de iure, in capitulo, ideo 2. quæst. 6. qui dicit, quod potestas congregandi concilia ad solum papam, & sedem Apo. spectat. Et propterea dicere solemus, quod concilium generale factum sine authoritate papæ, nullum habet firmamentum, vt in c. 1. & sequ. & quasi per totum. 17. distin. Difficultas autem esse videtur, nunquid aliquo casu congregatio concilij spectet ad reuerendiss. d. Car. siue ad eorum sacrum collegium, vel aliquos ex ipsis reuerendiss. d. Cardinalibus etiam vt singulis in vnũ conuenientibus maxime illis casibus quibus Papa potest accusari, & accusatus iudicari per concilium, tanquam eo casu, siue illis casibus authoritas papæ in propria eius causa non uideatur esse requirenda, cũ etiam si requireretur, sciens tractãdum esse de causa sua, tale concilium congregare denegaret. Et dixerunt quidam, etiam nouissime consulentes, quod isto casu non requiritur authoritas papę, sed quod congregatio concilij tali casu spectat ad reuerendiss. d. Car. & sufficit maior pars eorum in tali congregatione facienda. Nec habet eo casu locum dispositio ea. licet de uitanda, de ele. freti primo authoritate Bal. in c. olim, circa fi. de resc. & eũdẽ Bal. in c. capitulo, col. penult. ubi dixit, quod in propria causa papæ, non requiritur eius authoritas, dicentes idem voluisse d. Card. in consi. 150. in 3. dubio. & Arch. Flo. in 3. par. fuæ summæ, in titu. 23. c. 2. §. 7. & debet cum ista opi. concordare d. Ab. in capitulo, præl. licet, ubi al. Hug. idem tenentem in capitulo, si duo. 83. distin. & in eo loco dicit ibi dom. Abb. ita practicatum fuisse Pisis, vbi Cardinales congregati

Universidad de Deusto
Biblioteca

scripserunt ad principes, & præla. & plus dicit Cardin. d. consi. in quarto du bit. quod si Cardin. non concordarent in congregatione concilii, quod eo casu talis congregatio spectaret ad Imperatorem & in eo. consi. inducit ad hoc tex. in cap. fin. 65. distinctione, quod etiam videtur esse de mente Arc. Flor. in loco prælega. suæ summæ. Dubium tamen esse videtur, nunquid eo casu, quo ad Cardin. spectaret congregatio concilii, talis congregatio spectet ad eos, vt collegium, an vero, vt singulos, & Bald. in d. capit. olim, in secunda columna, de rescrip. videtur sentire, quod spectet vt ad collegium, & ideo dicit quod maior pars ipsorum requiritur, allegando l. quod maior, ff. ad municip. subdens quod maior pars præsentium requiritur dummodo ad sint duæ partes, per ea, quæ habentur in lege nulli, ff. quod cuiusque vniuer. nomi. Et pro hoc fuit regula, quæ est, quod in actibus collegialibus, maior pars collegii attenditur, vt per glos. in capitulo cum omnes, de constitutio. & in capitulo primo, in verfi. tractatus, de rebus ecclesiis non alienandis, in 6. & hoc idem etiam videtur velle domi. Cardina. in prælega. consilio 150. vbi in tertio, & in quarto dubio concludit, quod si collegium Cardina. ad quos pertinet conuocare concilium, sit diuisum, & non concordet in tali congregatione, quod deuoluitur hęc potestas congregandi ad Imperatorem, nec videtur, quod vna pars Cardina. possit aliam congregare, si sit minor pars quæ velit maiorem partem congregare. Et pro hoc facit illa communis conclusio, quod in actibus vniuersitatis, videlicet collegii, debent duę partes interesse, & sufficit maior pars illarum duarum partium, dicta l. quod maior, ff. ad municip. & hoc modo est intelligenda, vt concludit domi. Abb. in capitulo cum omnes, præ. & capitulo primo, circa fi. de his, quæ fiunt a maiori parte capituli, & idem voluit etiam Bartol. in l. quod ma. prælle. tamen vt dixi, nouiss. consultum fuit contrarium in eo casu, in quo agitur de interesse Papæ, quo casu in congregatione concilij, eius authoritas non requiritur, vt dixit Bald. in d. capitulo olim, de rescrip. quia non est verisimile, quod ipse velit consentire tali congregationi, ex quo vt videmus, concilia ista generalia, non ita facile congregantur, vt dicit Cardina. Alexan. in capitulo sciendum, 17. distinctio. & principale fundamentum huius partis videtur esse, quia nos habemus in simili, quod quando in aliquo casu cõsensus prælati requiritur, iuxta ea, quæ habentur in c. causam, quæ. de iudi. si agatur contra prælatum, non requiritur eius consensus, vt no. Docto. omnes in capitulo edoceri, de rescrip. alle. glo. in capitulo cum past. 2. quæstio. 7. & fi. glo. magna, in fi. in l. cum non solum, C. de bo. quę libe. Et plus dicebant notissimi consulentes, quod eodem modo Reuerendiss. Cardina. qui remanserant Romę cum sum. Pont. etiam si multi essent, non erant requirendi in tali congregatione, quia ex quo Papa tanquam caput est suspectus, etiam alij qui verisimiliter caput sequuntur, sunt suspecti, & de illis debet iudicari, secundum quod indicatur de capite, per no. a Vinc. quem domi. Abb. post alios refert, & sequitur, in capitulo primo, de iud. & idem no. Bal. in l. prima, in prima columna, C. si rector prouin. & facit tex. & quod ibi no. domi. Abb. in capitulo accedens, vt lite non contesta. Idem enim debet esse indicandum de adhærentibus, quod iudicatur de principalibus. capitu. ad Apostolicæ, de reg. iur. libro 6. no in capitulo primo, de postula. prælato. l. quæ religiosis, & ibi Ange. ff. de rei vendi. quemadmodum ergo Papa hoc casu tanquam caput suspectum excluditur a tali congregatione, ita etiam debent excludi Reuerendissimi domini Cardinales eum sequentes, & illi adhærentes. Mouebantur etiam dicti consulentes ex alio fundamento, vbicunque agitur de interesse particularis ecclesiæ, si prælatus est negligens in congregãdo capitulum, potestas congregandi deuoluitur ad capitulum, & a capitulo negligente, deuoluitur ad particulares canonic. ecclesiæ, vt no. domi. Abb. in capitu. cum olim, in 3. columna, de testa. alle. Innocen. in capitu. dilecti, de maiorita. & obedię. & ibi hoc idem videtur voluisse do. Abb. post Hostien. & alios, & domi. Anto. & Imo. in d. cap. cum olim. Et quod data ista negligentia prælati, potestas deuoluatur etiam ad particulares de capitulo, vel collegio, videtur voluisse glo. in capit. vt circa, in verfic. aliqui, de electio. lib. 6. vt habetur in capitu. si quis presbyterorum, de rebus eccle. non alienan & in capit. non liceat, 12. quæstio. 2. & per glo. in capit. constitutum, il 12. 16. quæst. 1. & per gl. in capit. sacerdotes, in ver. mouendo. 16. quæstio. 3. & in capit. quia contingit, in versi cu. in debito, de religio. domi. quanto magis id dicere debemus, vbi agitur de interesse vniuersalis ecclesię, qđ videtur esse maioris periculi. Ideo cautius videtur esse incedendum, capitu. vbi periculum, de electio. lib. 6. Ideo videtur, quod particulares etiam Cardinales, talem congregationem facere possint, & quod talis potestas congregandi, sit ad eos deuoluta propter negligentiam sum. Pont. & aliorum domi. Cardinalium ipsi Pont. adhærentium, negligentium talem congregationem facere, & quamuis alias hæc potestas congregandi concilium aliquo casu spectaret ad Reuerendissi. Cardina. vt collegium, tamen quia ipsum collegium depræhenditur in negligentia, hæc prouincia videtur deferri ad Cardina. particulares, arguendo a simili de ecclesia particulari, & illius interesse, ad ecclesiam vniuersalem, in qua agitur, seu agi videtur de maiori interesse. Et ideo potius videtur argumentari a minori ad maius, iuxta materiam, capit. cum in cunctis, de electio. & authę. multo magis C. de sacrosan. eccle. & in l. quanto magis, ff. de iureiuran. Ego autem adhærendo opinioni, quam magis veram & catholicam esse puto, dico quod congregatio vniuersalis concilii regulariter spectat ad ipsum papam, nec alius potest talem vniuersalem synodum congregare absque ipsius authoritate; & hoc est singulare sum. Pont. priuilegium, vt vniuersalis consuentus sine ipso non fiat. hoc enim primo probatur authoritate sacræ scripturæ in libro primo, Machabeo. in 4. capit. vbi inter alia, quæ Simoni sacerdoti magno totius populi, omnium sacerdotum consensu attributa sunt, hoc est primum & singulare, vt conuentus sine ipso in regione non fieret. Cum autem iuxta Apostoli sententiam, sacerdotium veteris legis, sit figura noui testamenti, & summus sacerdos noui testamenti sit longe excellentioris digni tatis, quam esset summus sacerdos veteris testamenti, tenendum est, quod hoc idem priuilegium in noua lege, diuina institutione, habeat ille summus sacerdos, id est papa, vt scilicet eius solius authoritate, talis synodus debeat congregari. Et ideo tunc dicitur legitime congregata, quando de mandato Papæ, ipso interueniente, vel alio, de eius speciali mandato fuit congregata, vt legitur, & notatur in capitulo Regula. 6. porro, tertia distinctio. & in capitulo primo, & secundo, 17. distinctio. & hanc partem tenuit Do. Tho. in locis supra allega. & domi. Archi. Floren. in 2. parte 3. partis suæ Summæ, in titu. 24. sub rub. quando dicitur concil. legi. cele. hoc etiam tenuit do mi. Card. S. Six. de Turre crema. appellatus, in sua summa, de ecclesia, intitulata, libro tertio, capitu. 6. hoc etiam patet ex authoritatibus multorum sanctorum patrum, quas Gratia. inducit in lib. decr. distinctio. prælle. 17. quæst per totam distinctio. hanc partem etiam tenuit Archidia. Remen. in lib. suo de synodis, vbi multa commemorat, in ca. 18. vbi inter cætera dicit, non esse mirandum, quod ipsorum vniuersalium conciliorum authoritatem. Roma. Pontifi. ascribamus, nam nulla concilia rata leguntur, quæ apostolica autho rita. suffulta non fuerint, commemorando multa concilia, quibus sum. Pont. authoritatem præstiterunt, & inter cætera redarguitur Ioan. Constantinopo li. Episcopus, qui quandam vniuersalem synodum congregauerat absque authoritate Rom. Pont. Illudque comprobatur authoritate Pelagij Papæ, qui de huiusmodi illicita vocatione, omnibus Episcopis sic scribens, inquit: Relatum est ad apostolicam sedem, Ioan. Constantinopolit. Episcopum vniuersalem se scribere, vo sque ex hac sua præsumptione ad synodum conuocare generalem, cum generalium synodorum conuocandi authoritas Apostolicæ Beatri Petri sedi, singulari priuilegio sit tradita, & nulla unquam synodus rata legitur, quæ apostolica authoritate non sit suffulta, & hæc pars ab eodem Cardinale S. Sixti in præalle. sua Summa, de ecclesia, in præalle. lib. &c. pluribus rationibus & fortissimis argumentis, & iuribus comprobatur. Idetiam firmat Domi. Cardi. in d. capit. licet de vitanda, in quæstio. 28. vbi dicit, quod olim Imperatores congregabant concilia, prout de Constantino legitur in capit. habeo librum. 16. distinctio. & de Iustiniano, qui similiter seztam synodum congregauit, vt in capitu. sexta, eadem distinctio & de Constantino, qui Nicenam synodum etiam congregauit, vt in capitu. sancta. 15. distinctio. & ibi etiam legitur de multis aliis concilijs, quæ facta sunt mediantibus Imp. & quod Constantinus etiam præsederit in Nicena synodo, habetur in capit. continua. 11. quæstio. 1. legitur etiam de Carolo Imperatore, qui simul cum Adriano concilium constituit, vt in capi. Adrianus, 63. distinctio. Tamen postea constitutum est, quod ad solum Romanum Pontific talis congregatio spectet, vt in cap. ideo. 2. quæstio. 7. & in capit. in 8. hinc est. 7. distinctio. & habetur in c. mandastis. 2. quæstio. 5. &c. in regula 17. distinctio. & in d. 5. porro, dicitur, quod etiam legatus de latere non habet ius conuocandi concilium, nisi specialiter sit sibi demandatum per papam, vel quando eius celebratio est sibi commissa, per tex. in capitulo primo, de iudi. libro 6. Et per illam regulam, qui vult consequens, videtur velle & antecedens, l. ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff. de procu. & pro hoc facit ratio, quia conuocatio debet fieri per maiorem de vniuersitate, l. prima, & ibi no. ff. de alio scrib. l. prima. C. de decurio. libro 10. cap. in synodo. 64. distinctio. no. Innoc. in capit. 1. de maiori. & obedien. & Ioan. And. in capit. in causis, & in capite ecclesia, &c. cum nobis, de ele. sed inter fideles nullus est maior papa, præter Deum, igitur ad ipsum debet spectare conuocatio fidelium, præsertim quia in conuocatione concilij, prælati & fideles citantur, & eis præcipitur, vt veniant, vt dicit glo. in versi. præcepisset, in d. hinc etiam, 12. distinctio. merito hæc facultas non videtur competere, nisi illis qui habent superioritatem & imperium, alias citatio non arctaret, l. si quis in aliena, ff. de iud. l. si quis in ius vocat. non ierit, cap. super literis, de rescrip. capit. præterea, de ablatio. Sed nullus habet iurisdictionem, vel imperium super omnes fideles, nisi Papa, cap. cuncta per mundum. 9. quæstio. 3. ideo nullus conuocat concilium generale, nisi Papa. Iste enim omnium christianorum, & ecclesiæ militantis est caput, & pater, & omnes Christicolæ ad ipsum tãquam caput, & patrem debent habere recursum, cap. nec licuit, 17. distin. c. rogamus. 24. quæstio. vnde si fine licentia Papæ conuocaretur concilium, esset ace. hulum, & sine capite. & esset quoddam monstrum contra naturam aliorum conciliorum, quæ constant primo ex capite, deinde ex alijs membris, capitu. subministrant 21. distinctio. capit. quoniam, 18. distinctio. capit. si Episcopus, & capitula quis Episcoporum. Nam si a synodo generali excluderetur caput, seu capitis authoritas, eo ipso capitis & membrorum vnitas dissiparetur, & causa tur schisma. Pro quo facit illud, quod dixit Philosophus Polyt. primo, quod in omni iusta plurium congregatione, magna, vel parua, necesse est vnum regulare, & regere & alios regulari & regi. Sed conuocato concilio fit pont. authoritate non erit qui alios regulet, & regat. Et confirmant hæc, quia cum concilium sit collectio omnium fidelium, vt in capit. ecclesia. 18. consecratio. distinctio. prima, ergo comprehendit ipsum Papam, qui est fidelium caput, vt in d. capit. rogamus, 24. quæstio. 1. Patet etiam, quod talis conuocans, iudicium, & sententiam diceret de papa, & ipsum sibi submitteret vel inferiorem faceret, quia conuocatio semper est facienda ab illo, qui habet aliquam iurisdictionem, vel authoritatem, vel superioritatem supra vocatos in causis, quare si vocatio, vt in cap. quoniam, & in c. placuit, & in capit. si quis Episcopum. 18. distinctio. & in cap. vocatio. 5. quæstio 2. Et puto quod si quis ab ista veritate catholica deuiaret. non parum distaret ab hæreti, præsupposita tamen ista regula pro vera, illam puto multipliciter limitandam & declarandam. ¶ Primo siquidem dico, quod licet authoritas congregandi concilium vniuersale sit apud Papam, tamen potest ipse papa allud congregare ex consilio fratrum & Reuerendiss. Cardin. nec propter hoc diceretur concilium male congregatum. Dicitur enim Actuum 6. capitu. Conuocantes autem 12. multitudinem discipulorum, dixerunt, non est æquum &c. per quem tex. dicebant aliqui probari, quod authoritas conuocandi concilium, non erat solius Petri, sed totius collegij Apostolici, & eodem modo potestas conuocandi concilium, non est solius papæ, qui locum Petri tenet, sed etiam Reuerendiss. Cardin. qui Apostolos tanquam ecclesię Cardines representant. Nam dico, quod non sequitur consequentia, duodecim Apostoli simul cum Petro, dicuntur turbam discipulorum adnodum conuocasse, sicut etiam nunc faceret papa, si simul cum Cardinalibus conuocaret, non tamen sequeretur, quod talis conuocatio non esset facta authoritate papę, sicut nec ibi sequitur, quod illa conuocatio non fuerit facta authoritate Petri, licet hoc ibi non exprimatur expresse, Maior enim fuit reuerentia Apostolorum ad Beatum Petrum, vt pote ad caput, & principem eorum, quod maxime comprobatur ex authoritate Beati Cirilli in libro thesaurorum, vbi dicit quod Apostoli in Euangeliis & in Epistolis, & in omni doctrina constituerunt Petrum esse loco domini, in eius ecclesia, dantes eidem locum in omni capitulo, & congregatione, & in omni electione & confirmatione. Et ita illam authoritatem etiam declarat idem Cardin. S. Sixti de Turre cre. in d. libro 3. de ecclesia. cap. 8. in responsione 1. ar. quod fecit ad alteram partem. Sicque non sequitur, papa vna cum Do. Cardinalibus conuocat concilium generale, ergo concilium non conuocatur authoritate solius papę, immo sequitur oppositum, quia si papa non faceret talem conuocationem, & in illa, authoritatem præstaret, soli. domi. Cardin. facere non possent, nisi vt infra declarabitur. Sed bene solus papa posset facere sine ipsis Cardinalibus: per ea, quæ supra allega. sunt probando, quod solus papa congregat. Secundo limitatur, & declaratur prædicta regula, vt non ipse papa, sed etiam Imperator authoritate papæ, possit ipsum vniuersale concilium congregare, & ideo in ecclesia Dei multa concilia, utpote Nicænum, Constantinopol. Ephesinum, Calcedonense, & alia multa leguntur fuisse congregata per Imperatores, vt in capitulo canones, decima quarta distinctione, & in cap. sexta. decimaseptima distinctione. Et de tali cõgregatione, ipsi Imperatores non reprehenduntur tanquam vsurpatores alienæ authoritatis, immo potius commendantur, quasi talem congregationẽ fecerint zelo fidei & Christianæ religionis. Sed vt dixi ista congregatio facta per Imperatores ad talia concilia, fuit facta authoritate Romanorũ Pontificum, vt dicit Archid. in c. mandastis. 2. q. 5. vbi tex. dicit hæc formalia verba, Valentinianus Augustus, nostra authoritate synodum congregari iussit. Et ibi dicit Archid. super verbo, nostra authoritate, vbi cunque inuenies Imperatorem cõgregasse concilium, intellige, quod congregauit secundum formam illius capitu. mandastis, scilicet autho. Rom. Pont. & sic Imperatores concilia congregantes, magis fuerunt executores voluntatis, & authoritatis Rom. Pont. quam quod illam congregationem fecerint ex sua authoritate, & ideo in illo c. 6. synodus. 16. dist. dicuntur hæc formalia verba, Synodus vniuersalis Constantinopoli celebrata est, & Græco sermone conscripta, temporibus, Papæ Agathonis, exequente pissimo Principe Constantino. Illis enim temporibus ecclesia non erat potens, vt de facto posset compellere nolentes venire ad cõcilium, neque erat potens dare tutum accessum, vocatis de longinquis partibus vocandis & congregandis, & ideo sedes Apostolica per Principes & Imperatores faciebat sæpe, quod per seipsam facere commode non poterat. Postea vero, disponente Domino, potuit per se talem congregationem facere, & illam per se, & non per principes & Imperatores facit, & fecit & quamuis in c. Adrianus. 63. distin. dicatur, quod Carolus Rex constituerit synodum cum Adriano papa. non est intelligendus ille tex. quod eius authoritas in conuocatione synodi concurrerit cum authoritate papæ, sed quod ipse exequendo authoritatem papæ, & eius voluntatem, illam synodum congregauerit, vt pro ximè dictum & declaratum est. Ea enim quæ sunt facta authoritate papæ, illa dicuntur esse facta ab ipso papa, quia ea nostra sunt, quibus authoritatem nostram impartimur, vt in l. 1. circa fi. de Iusti. Codi. confir. Et aduertatur, quia si inueniatur aliquando iussu Imperatorum Episcopos conuenisse, tamen tales Episcoporum conuentus vniuersalia concilia non sunt dicenda, nisi tales conuentus essent suffulti authoritate Rom. Pontificis, vt in c. bene quidem. 96. dist. & in c. multis. 19. dist. Sicque ergo dicendum est, quod si aliquando Imperatores vniuersalia concilia congregarunt, talem congregationem fecerit authoritate papæ, & non ex seipsis, & istud sine dubio facere potuerunt, & debuerunt exequentes mandata Apostolica, sed principaliter & ex se non possunt istud facere, nisi forsan aliquo casu, de quo etiam infra fiet mentio. Tertio puto limitandam esse regulam, de qua supra, quando aliquis casus occurreret in quo imminenti periculo ecclesiæ non posset obuiari, nisi mediante concilio vniuersali, & papa nollet illud in veritate conuocare, tunc alius a papa, vt infra declarabitur, poterit concilium conuocare, & in manu vnius hominis esset, fidem Christianam, & statum ecclesiæ vniuersalis subuertere. Hoc enim casu, si vniuersali ecclesiæ periculum immineret, & papa requisitus per D. Card. & per alios ecclesiæ prælatos, & per principes nollet congregare vniuersale concilium, neque dare authoritatem congregandi, quia tunc talis haberetur esset, vt suspectus de hæresi, & redderetur suspectus in fide, posset congregari concilium per Reueren. Dominos Card. vt fieret debita & necessaria visio, vt vt aperte apparet ex tex. in c. error. 83. dist. Error. n. cui non resistitur, approbatur, & cui veritas minime defenditur, opprimitur. Nec caret scrupulo societatis occultę, qui manifesto facinori desit obuiare. Tamen non videtur, quod iste casus possit occurrere, cum ecclesiæ status periclitari non possit, licet forsan posset nauicula Petri aliqualiter naufragari. Vnde dicitur Matth. vlt. c. Ego autem vobiscum sum vsque ad consummationem seculi, nisi forsan propter bellorum dissidia & discordiam inter Christianos, sicut dicitur euedisse, & factum esse ante tempora Constantini, vt habetur in c. canones. 15. q. 1. c. dicit. Si quis nobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit, quærunt illam epist. declarantes. Cum par in parem non habeat imperium, & multo magis inferior in superiorem, vt in c. innotuit, de elect. & in l. 1. c. dicitur. Si quis nobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit, quærunt illam epist. declarantes. Cum par in parem non habeat imperium, & multo magis inferior in superiorem, vt in c. innotuit, de elect. & in l. nam & magistratus, ff. de arb. videtur quod Apostolus non potuerit excommunicare Apostolos, qui erant sibi pares, neque Angelos, qui erant superiores, respondetur quod Apostolus protulit hanc sententiam, non propria authoritate, sed authoritate Euangelicæ doctrinæ, cuius authoritas est, vt quicunque contra illam dicunt, excludendi, & repellendi sunt, per illam authoritatem 10. 12. de qua supra. Authoritate iur. humani, hoc comprobatur, iuxta ea, quę habentur in capitulo, si papa. 40. distin. vbi est ille tex. Bonifa. papę & martyris, in quo decidit ur, quod super hoc crimine hæresis in papa, solus & duntaxat competens iudex videtur esse concilium, & eo ipso, quod papa non vult dare authoritatem congregationi præla. in tali casu ipsum ius intelligitur sibi dare istam authoritatem ipso facto, vt in d. capitulo, hinc etiam 17. distin. alias frustratorie ius disponeret, quod in casu hæresis concilium vniuersale posset indicare papam hæreticum, si papa pertinaciter perssitens in hæresi sua, negaret conuocare concilium, nec authoritatem congregandi aliteri dare vellet, nec congregationi iam factę vellet authoritatem præstare. Nam frustratorium esset iura condere, si non assignaretur minister, qui iura seruari faceret, vt dicit text. in capitulo, ubi periculum, de elect. lib. 6. & est optimus text. in l. prima. in 8. post originem. ff. de origine iur. Et isto casu inquisitione debite facta, & inuento, quod papa veraciter in hæresim lapsus fuerit, concilium, sic vt supra congregatum, deberet illum informare de veritate, & ostendere illi per sacram scripturam, aut per vniuersalis ecclesiæ determinationem, ipsum esse in errore, & esse erroneum quod ipsemet tenet, & illum charitative admonere, vt dictum errorem abiuret, siue illum reuocet, constendo publice fidei veritatem, assignando etiam sibi terminum, intra quem illud faciat, sed si intra terminum sibi assignatum fecerit, cõcilium hoc casu nihil vltra potest contra ipsum papam facere, vt expresse voluit Hu. in capitulo, nunc autem 21. dist. & in d. capitulo, si papa, in ver. a fide deuius. Et isto casu ipsemet papa in foro conscientię, quantum culpabilem se sciuisset, per suum confessorem, animę suę prouideri faciat, vt in prælleg. capitulo, nisi autem. quod si facere noluerit, tunc contra eum procederetur, secundum quod infra declarabitur. Et hęc proxi. dicta procedunt, quando papa esset diffamatus de hæresi tantummodo. Vlterius & quinto loco, non habetur predicta regula, quando notorium esset papam esse hæreticum, puta quia incidisset in hæresim dãnatam, illam publice asserendo, & prædicando. Tunc enim Do. Cardin. aut alij prælati catholici illum charitative debent monere vt abneget prædictam hæresim, in quam lapsus est, catholicam fidem inuiolatam integram que profitendo, sicut facere tenetur quilibet bonus, & fidelis Christianus, ostendendo illi per scripturam sacram, aut vniuersalis ecclesię determinationem, errorẽ sibi, & illud quod tenet esse alienum a fide catholica, & si paratus sit corrigi, & abnegato errore, fidẽ Christi tenere, & confiteri, tũc vt proxi. casu dictum est, concilio in eũ nõ habet aliquam authoritat. Sed si nollet reuocare errorẽ, sed pertinaciter in eo persisteret, nec vellet se corrigere, tunc Card. primo deberent ab eo recedere, iuxta authoritatem Ioan. in epistola canonica secunda, in c. 1. vbi loquens de fide Christi, dicit, si quis ad vos venerit, & hanc doctrinam scilicet Christi non habet, nolite illum recipere in domum; nec ei dixeritis, aue. & ibi glos. ordinaria dicit, nolite &c. id est, non tantum non assentiatis ei, sed nec ad horam recipiatis. & istud idem colligitur ex textu in capitulo, Anastasius, decimanona distinc. Secundo ipsi Card. debent prælatis ecclesiæ hunc casum denunciare, & eos conuocare, vt veniant ad iuscurrendum ecclesię in hoc horribili, & periculoso casu, & ad prouidendum ipsi ecclesię, quia ipse papa a petra fidei, super quam fundata est ecclesia, vt habetur Matth. 16. cap. pertinaciter, & incorrigibiliter cadendo, cecidit. Et tunc concilium prælatorum hoc modo, & ordine congregatum, debet iuris authoritate procedere, vel ad illius depositionem, vel ad declarationem, quod ille non sit amplius papa, & quod Apostolica sedes vacet, & illi amplius tãquam papæ nullus adhæreat, vel obediat. Huiusmodi enim criminis hæresis notorię, proprius est iudex concilium, per ea, quę habentur in dicto capitulo, si papa. 40. distinctio. Secus etiam casu, vt delicet, quando duo contenderent de papatu, iuxta textum in capitu. si duo, 79. distinctione. tunc absque dubio est necessaria congregatio concilii vniuersalis, vt in eo decernatur quis eorum sit verus papa, & isto casu, si certum sit, quod alter contendentium sit vere apostolicus, puto, quia sit electus a duabus partibus Cardinalium. & per consequens, quod alter sit intrusus, & potius Apostaticus, quam Apostolicus, vt in capitulo, factus est, septima quæstio ne prima. tunc cum non occurrat rationabilis dubitatio, quis sit verus papa, non est necessaria conuocatio vniuersalis concilii, vt diuidicetur de electione illius, quę præsumatur esse canonica, sed est necessaria ad condemnationem intrusi, & ad mandandum, quod omnes obediant Apostolico, & non apostatico, iuxta textum in cap. si quis pecunia, septuagesimanona distinctio. sicut legitur factum fuisse tempore Damasi papę contra Vrsinum, & tempore Cornelii contra Nouatianum. Si vero contentio est inter duos super iure electionum, quę illarum fuerit canonica, & ipsi contendentes vellent se submittere iudicio alicuius sapientis, vel aliquorum sapientum, vt staretur illorum iudicio, tunc secundum aliquos non videretur esse necessaria conuocatio concilii, sicuti videtur fuisse factum tempore, quo Symmachus, & Laurentius contendebant de papatu, vbi cum neutra pars alteri cedere vellet, constituerunt, vt lis iudicio cuiusdam Regis Theodori finiretur, & tandem Rex existens apud Rauennam, auditis legatis Vtriusque partis, decreuit, vt qui prior ordinatus esset, aut quem maior pars cleri & populi simul elegisset. ille sederet in sede Apost. vbi autem contendentes nolient se submittere, tunc congregandum foret concilium, vt de iure electionis discernat, & iudicet, quia hoc casu talis contentio est per concilium dirimenda, & hæc con uocatio debet fieri per ambos ipsos contendentes, ita, vt quilibet eorum congreget prælatos suæ obedientię ad aliquem locum, ita q̃ ab ambobus eo cilium congregatum iudicet de tali contentione Vbi. autem tales de papatu contendentes, nollent hoc facere, tunc Reuerendissimi Do. Cardinales deberent etiam, contradicentibus contendentibus, concilium congregare, vbi vero ipsi D. Cardi. nolent congregare, aut forent in hoc negligentes, ipsi prælati ecclesiæ habentes zelum Dei, possent se congregare ad ipsum incendium extinguendum. Aut ipse Imperator, cuius interest, vt pax sit non solum in vrbe, sed etiam in toto orbe, quæ pax esse non potest stante contentione super summo pontificatu, iuxta authoritatem Christi, quæ habetur Matthæi. 12. capitulo, dum dicit, quod omne regnum in se diuisum desolabitur, sicque isto casu erit procedendum ad conuocationem concilii vniuersalis, & erit casus in quo alius a papa posset conuocare concilium. Septimo posset illa regula limitari eo casu, quo papa esset mortuus naturaliter, aut ciuiliter, vel renunciasset pontificatui, & Do. Cardin. nollent procedere ad electionem, tunc concilium vniuersale esset congregandum, vt hoc valde necessario ecclesiæ prouideretur de pastore, & ex quo papa non adesset, qui congregaret concilium, & etiam Do. Card. non vellent congregare, & auffugerent, vel deficerent, tunc recurrendum esset ad ea, quæ habentur in c. fundamenta, de elect. lib. 6. & in clem. ne Romani, de electio. & erit congregandum per Imperatorem, aut per clerum Romanum, vt in eo sic congregato prouideretur

Universidad de Deusto
Biblioteca

necessitati ecclesię, cum in talibus necessitatibus, quæ respiciunt totam rempublicam Christianam, deficientibus ordinarijs, qui habent prouidere, prouisio videtur spectare ad ipsam rempublicam, & prouisio fiet hoc modo authoritate iurium prædictorum. Alio etiam & 8. casu poterit concilium conuocari ab alio quam papa, videlicet, quando papa deuenisset ad insaniam, & dementiam; ita vt demens factus redderetur inhabilis ad regendam vniuersalem ecclesiam. Hoc enim casu concilium non poterit congregari per papam, quando talis dementia, quam incurrisset, esset incurrabilis per naturam, quo casu esset iudicandus quasi mortuus, cum non posset exercere eos actus, qui offic. summi pontificatus incumberent, argumen. tex. in capit. primo, de cleri. ægrotan. libro 6. Et isto casu Domi. Cardina. deberent hoc denunciare prælatis ecclesiæ, vt in vnum cõuenientes consulant, quid agendum sit. An scilicet sit eligendus, quid faciendum, vel forsan sit ei dandus coadiutor, quasi tunc ecclę. potius vacare videatur, iuxta ea, quæ habentur in cap. 1. & 2. & fere per totam quæstio. & per glo. summæ, 7. q6. 1. vbi plene de materia. Nono etiam casu, puto concilium posse congregari ab alio, quam a papa, si forsan accidat, quod simul eum papa omnes Cardina. morerentur, puta, quia occiderentur: hoc enim casu prouidendum esset ecclesiæ, & necessarium esset congregare concilium, quod non posset congregari nec per papam, nec per Cardina. tunc concilium erit congregandum, vt prouideatur ecclesię necessitati, per ipsum Imperatorem, & ad illum spectat talis solicitudo, cum ipse sit aduocatus, & defensor ecclesiæ, vt in capi. venerabilem, de electio. & ideo seruandum erit, quod habetur in cap. fundamenta, de electio. lib. 6. & in clemen. ne Romani, eod. titu. sicut etiam dictum est in septima limitatione. Decimo etiam casu videtur concilium congregari posse per alium, quam per ipsum papam, quando scilicet contingeret causam aliquam agitari contra papam, quo casu in propria causa non videtur, quod ipse possit esse iudex, vt in ti. C. ne quis in sua causa, & in l. qui iuris, ff. de iurisdi. omnium iudi. cum similibus. Et ideo isto casu, si causæ non possunt sine concilio terminari, quæ contra papam obijciuntur congregabitur concilium ad solicitudinem Imperatoris, authoritate tamen Papæ, iuxta illum tex. in §. hinc etiam. 17. distin. Et aduertendum puto, quia quando dictum est, q̃ per Reuerendissimos Cardina. congregabitur concilium, quando Papa non vellet congregare, vt in casibus, de quibus supra, intelligendum est, q̃ talis congregatio spectabit ad eos, vt collegium, quia collegium Dom. Cardina. cum sit in possessione eligendi Papam, vt in cap. licet, de electio. & in cap. vbi periculum. eod. tit. lib. 6. ad ipsos, vt collegium videntur spectare omnia, quæ sunt necessaria, & consequentia, vel ad electionem, vel prouisionem eorum, quæ concernunt ipsam ecclesiam vniuersalem, modis tamen & formis a iure statutis, & ordinatis, iuxta ea, quæ habentur in cap. vt præteritæ, de electio. & in cap. cupientes, §. ad hęc, & in §. fi vero, de electio. lib. 6. & habetur per glo. in ca. fi. 65. distin. neque putandum est, quod singulares Cardina. aut eorum aliqui particulariter possint concilium congregare; etiam in casibus in quibus papa non vellet congregare, vt voluit Bal. in capit. olim, de rescrip. Nam collegium Cardinalium habet cum Papa comunchionem, & communionem maximam, vt per Hostien. & Ioan. And. in cap. requisisti, de testa. adeo q̃ ipsum collegium Cardinalium est vnum corpus, cum papa habens Papam pro capite speciali, licet Papa sit caput generale ecclesię vniuersalis, vt no. Host. & Docto. in cap. antiqua, de priui. & ideo dicebat Ioan. de Lign. in suo tract. de bello, q̃ collegium Cardinalium debet regere totum orbem, per quæ habentur in cap. 1. & 2. de offi. delega. lib. 6. & no. in c. fundamenta, de elect. eod. lib. Et habetur per Specu. in titu. de leg. in §. sequitur videre circa princi. & hoc maxime verum est in concilis, & arduis negotijs, per ea, quæ habentur in c. venerabili, de offi. ordi. & in cap. expositi, in fi. de dilatio. Fateor tamen, quod singulares Cardinales possunt requirere collegium Cardinalium, vt papa nolente congregare concilium, ipsum collegium congreget. Et ipso collegio nolente congregare, pro tali congregatione recurrendum est ad Imperatorem, vt videtur esse casus in capitu. fina. 66. distinctio. vbi negligente illo, ad quem deuoluitur congregatio vicinorum Episcoporum, ipsi populi conuocent conuicinos Episcopos. Ipse autem Imperator repræsentat totum populum Christianum, cum in eum translata sit iurisdictio, & potestas vniuersi orbis. l. 2. §. nouissime, ff. de origi iuris, l. prima, §. cum enim, C. de vete. iu. enuclean. loco ergo ipsorum populorum, ipse Imperator conuocat concilium. Et pro hoc facit, quia conuocatio conciliorum, prout dictum est supra ab initio, fiebat per Imperatorem, sed postea fuit reseruata Papæ. Deficiente autem ipso iure Papa, seu non conuocante, deficientibusque his qui succedunt loco papę, scilicet collegio ipsorum Cardinalium, seu ipso collegio nolente congregare, reuertimur ad ius prithmum scilicet vt Imperator congreget, quia res de facili reuertitur ad naturam suam, & ad suum primum principium, vt in cap. ab exordio. 25. distinctio. Et prædicta confirmantur, quia congregatio concilij de natura sit, vbi agitur de his, quæ spectant ad fidē catholicam, vt si qui reperiatur forsan errare in fide, corrigantur per concilium, & in eodem concilio statuatur quid sit tenendum. Sic enim in Nicena synodo damnatus fuit Arrius, in Constantinopolitana Macedonius, in Ephesina Nestorius, in Calcedonēsi Eutiches, vt habetur in capit. 1. 15. distinctio. Sed cum agitur de fide, potest Imperator interesse concilio, non ad potentiam ostendendam, sed ad fidem cõfirmandam, vt in capit. nos ad fidem. 96. distinctio. Interest enim Imperatoris fidem defendere, & ideo si Papa est de hæresi suspectus, aut de aliquo graui crimine, ex quo posset induci scandalum in ecclesia, & inter Christianos potest ab Imperatore exigi, vt iudicet, quid sentiat, vt in cap. satagendum, 25. quæstio. 3. iunctis ibi notatis per Archid. Et ideo dicendum est, quod cum Imperator sit pars concilij, & in eo habeat interesse, suo iure, & non ex gratia, vt videtur in d. ca. nos ad fidem, 96. dist. Dicendum erit, quod nolente Papa congregare concilium, nolente etiam collegio Cardina. illud facere, (quod collegium propter communionem, quam habet cum papa, subrogatur in tali potestate, potestas congregandi illud deuoluitur ad proximum superiorem, argumen. eorum, quæ habentur in capit. nulla ecclesiastica ministeria, de concessio præb. proximus autem superior est ipse Imperator. Et pro hoc etiam facit, quod no. Innocenan capit. 1. de maioritas. & obedien. vbi dicit, quod qui maioris est dignitatis in eccle. vel si non est ibi dignitas, ille qui est maioris ordinis, vel si sint æqualis ordinis, ille qui prius est ordinarius, debet nominare, vel eligere, vel conuocare capitulum eo casu, quo deficit is, ad quem de iure spectat ad ipsa conuocatio, per ea, quæ habentur in l. fi. ff. de die instrumentorum, & in l. prima, de albo scrib. & in capit. fi. 17. distinctio. quæ iura ibi allega. Innocen. Sed dubium ingeri videtur in hac materia, & non parum, si Papa non velit congregare concilium requisitus, vt supra, si etiam non velit congregare collegium Cardinalium; si forsan etiam cum eis assentiens Imperator requisitus, non velit, & ipse congregare, & nihilo minus immineret, vel causa hæresis extirpandæ de eccle. aut de maiori parte illius, vel aliqua alia causa, puta, quia forsan grauia crimina, & multum scandalosa, & notoria obijcerentur Papæ, quæ si tolerarentur, forsan possent grauissimum scandalum inducere, si nullus esset qui concilium vellet congregare, vel illud congregare non posset, & hoc casu, saluo semper omnium iudicio saniori, & maxime sanctæ matris ecclesiæ, putarem, quod requisitis omnibus ad quos spectaret gradatim congregatio, secundum ea, quæ dicta sunt supra, quod cæteri prælati inferiores, possent in vnum conuenire, & ipsos congregare pro huiusmodi scandalis tollendis, & hæresi forsan quæ subesset, extirpanda. Et quando ipsi prælati nollent conuenire, putarem, quod Principes Christiani, etiam seculares possent, quando essent concordes, requirere omnes Christianos & ecclesiasticos & seculares, vt conuenirent ad huiusmodi scandala tollenda, & hæresim extirpandam, si qua superesset, aut dubitaretur, ne illa superueniret, nec esset inconueniens, quod hoc casu principes seculares se de clericis intromittetent. Non enim simpliciter prohibetur laicis, se intromittere de clericis, & de his, quæ ad clericos spectare videntur, sed tunc prohibetur hoc laicis, quando non subest aliqua ratio in contrarium, sicut videmus, quod ex ratione speciali, vt ratione feudi, permittitur laicis se impedire de clericis vt in capitu. verum, de foro competen. & in capit. Romana, in §. debet, & ibi per glo. de appellatio. libro 6. In hoc autem casu nedum subest ratio specialis, sed specialissima, quia fides catholica periclitetur, ne status ecclesiæ ruat, & maximum naufragium patiatur nauicula Petri, si forsan plures contenderent de pontificatu, ne maxima scandala inter Christianos oriantur pp grauissima, & notoria crimina obiecta Pontifici, vel de quib. ipse esset plurimū infamatus, & hanc opinionem etiam videtur sentire Domi. Cardina. in prælleg. capitu. licet, de clero in 35. quæstio. cum duabus sequentib. Nec puto aliquo pacto, duos, aut tres Cardinales a Pontifice, & a collegio Cardinalium dissentientes, posse talem congregationem concilii sua authoritate facere, prout quandoque nonnullis temporibus factum fuit, sed bene puto per eos posse moneri, vel vt in actius diverim, requiri summum Pontificem, & in eius defectum, collegium Cardinalium, & illis renuentibus, Imperatorem pro conuocatione talis concilij, & omnibus prædictis nolentibus id facere, quod cæteri prælati factis requisitionibus prædictis, possint conuenire ex seipsis pro concilio faciendo, & in defectum omnium, possint Christiani Principes, quando concordes essent, ad obuiandum talibus scandalis, etiam conuenire, & ecclesiasticos prælatos ad prædicta requirere. Et illud non omitto, quod quando inter principes Christianos essent grauia bella, & seditiones, & Reuerendissimi Domini Cardina. videntes rempublicam Christianam esse in magno periculo, eorumque sacrum collegium debere suadere summo Pontifici suamque sanctitatem requirere, vt pacem inter Principes Christianos operanat, iuxta ea, quæ habentur in capitu. nouit, de iud. Et aduertendum etiam puto, quod in concilio generali, in multis casibus notatis per glo. in capitu. de his, quæ fiunt a præla. sine consensu capituli, possent inuitari, & interesse etiam laici & seculares, non vt iudicent, vel dissonant, nisi prout fuerit dictum est, sed vt consulant, vt plene per Domi. Abb. & alios post eum in eius tulo primo, de iudic. Quæ autem sint in concilio pertractanda, & quæ solennitates seruandæ in inchoatione concilii, & aliis actibus, no. in capitu. qualiter, & quando, il secundo, de accusatio. & in capitu. sequen. & per Innocen. in capitulo graue, de præben. & in cap. in singulis, & in capitulo quę. de statu monacho. & de solennitatibus seruandis in concilio, habetur per Innocen in cap. cum nobis olim, de electio. & in capi. quod sicut, eodem titu. & in capi. cum ecclesia Sutrina, de causa possessio. & proprieta. & habetur in capitu. vt Apostolice, de priuilegiis, libro 6. Et qualiter debeant tari acta concilii, dicas, quod secundum formam tex. in capitu. ad Apostolicæ, de re iudic. libro 6. & in capit. sacro, de sententia excommunicatio. & capitu. fin. de bapti. & vide notabilem tex. in capitu. de laicis, 12. quæst. 1. De diuersis formis seruandis in actis concilii habetur in capit. de his, 15. distinctio. & in capitu. placuit, eadem distinctio. & in cap. illud statuendum distinctio. & in multis aliis locis, quę causa breuitatis omittuntur, & quando prælati sint vocandi ad concilium, vide glo. in capitu. si Episcopus, 18. distin. & ibi per Archid. vbi dicitur, quod isto casu sufficit vnica citatio, & habetur per Ioan. And. in capit. ego N. & in capi. breui, de iureiuran. & in cap. non minus, de immunitate eccle. & vide Innocen. in capit. cum nobis olim, de elec. Et qua pœna puniantur non venientes ad concilium, notatur in capit. peruenit, 18. distin. & in cap. placuit, & in cap. sequen. & vide glo. in cap. Episcopus ad synodum, eadem distin. 28. Et adde, quod iusta causa ex qua quis dixerit Episcopum, si non venit ad concilium vocatus, est quando eodem tempore vocatur a Rege, vide gl. in c. si ęgrotans, 5. quæst. 3. Et an prælati possint ante finem concilii recedere, vide tex. in c. si quis antem. 18. distin. & in cap. certum, 11. quæstio. 3. & vide, quę notantur in capitulo primo, de iudic. & in c. si postquam, de elect. lib. 6. Et an concilium legitime congregatum fit recusari vt suspectum, pendet ex notatis per Doct. & gl. in ca. 1. de iudic. in capitu. in singulis, de statu monacho. concluditur quod sic, per ea, quæ habentur in cap. quia suspecti 3. quæstio. 5. vbi habetur, quod Ioan. Chrysostomus recusauit iudicium concilij. Et an concilium generale congregatum possit per papam dissolui ex iusta causa, vide glo. reputatam singularem, in capit. vbi periculum, in ver. concilio, de electio. libro 6. quæ videtur tenere quod sic, & vide bo. tex. in capi. bene quidem. 96. distin. circa finem, & in capit. licet, in fi. de electio. & videtur fuisse practicatum tempore Eugenij Quarti, qui dissoluit concilium Basiliense, seu illud transtulit, nolentibus multis illi concilium consentire, & statuit papam id non posse facere, & ea altercatione orta fuerunt multa mala in eccle. & tandem schisma pernitiosum. Et an concilium possit dispensare, absoluere, & alia facere, quæ licent ad solum papam, & ipsi soli papæ sunt reseruata, vide glo. in capit. cler. excomm. ministran. & habetur in ca. mutationes, & in capit. Episcopus de loco. 7. quæst. 1. & in capi. presbyter, 82. distin. Et adde quod quando papa deponit Imperatorem, non est necesse quod congreget concilium, imo solus potest facere, vt est glo. in capitu. ad Apostolicæ, de re iudica. libro 6. Et si concilium contradicit papæ, cui stetur, vide glo. in capitu. Anastasius. 17. quæst. 3. per Archidia. in capit. sicut. 15. distinctio. & vide Hugo. 9. q. 3. in cap. cuncta per mundum. Et putarem, quod in his in quibus concilium est supra papam, stetur ipsi concilio, in aliis autem stetur papæ. Nunquid autem soli Episcopi sint de numero facientium generale concilium, vide tex. in c. 1. & in cap. sancta. 16. distin. & in capit. hanc consuetudinem. decima, quæstio. prima, & in cap. septuaginta. 16. distin. & vide glo. in capit. concilia, 19. distinctio. & in §. hinc etiam superius allega. & in capitulo si quis diaconum, 50. distin. Et de conuocatione concilij, & de modo citandi, & de aliis quæ ad materiam conciliorum pertinent, vltra ea quę dicta sunt supra, vide per Io. And. Do. Cardi. & alios scribentes post eos in cap. licet, prælall. de elec. & in c. 1. de renun. lib. 6. & per Hug. in c. fi duo. 89. di. Et hęc dicta sunt ita pertractata, & longius quam decreueram, ad instructionem aliqualem circa præsentem materiam.

ralia

bet diceret de se, eorū tñ testimonia erant singularia; & sic nō ꝓ
babāt. Tertio q̄ a ipsi misserunt nunciū ad se excusandū, vñ erat
præsumptio, q̄ fuerunt citati; & quemadmodū miserāt nunciū;
ita poterant destinasse procuratorē. Et tandē papa inspectis præ
dictis, & maxime quia ex trib. causis superius expressis ipsi cano
nici reddiderunt se indignos. Itē, q̄ a ꝑ oppositio, q̄ oēs pariter de
liquissent, potestas fuisset deuoluta ad ipium papā; quia illam po
stulationē cassauit, seu cassam & irritā pronunciauit, & electio
nē factā de proposito, qui nunc erat archiepiscopus, confirma
uit. † No. 1. q̄ canonici existētes extra ecclesiam, sine eorū culpa,
maxime timentes tyranndidē alicuius, non sunt priuati potesta
te eligendi, sed retinent illā potestatē. Et facit hæc litera iuncta
a gl. pro his, quæ no. Bar. in l. oēs populi, ff. de iust. & iu. vbi dicit, q̄
a si vna pars ² ciuitatis est expulsa, seu non audet ibi esse pp partiali
tatē, non possunt ciues remanentes aliquid statuere in præiudi
cium absentium, & concordat huic literæ quod legitur, & no. in
c. quanto. 63. dist. Sed ō no. q̄ non valentes accedere ad ecclesiā,
timentes ibi oppressionē in actu electionis, pñt petere a capitu
lo, vt statu. ꝫ locus idoneus & tutus, in quo oppressio timeri nō
possit. Et si secus fieret, posset appellari, & ex his habes casum, in
quo licite fit electio extra ecclesiam, seu ciuitatem, qñ in eo loco
verisimiliter timetur impressio. Item habes casum, in quo maior
2 pars tenetur ire ad minorē partē, vel saltem in loco tuto, diē &
locum pfigere. No. 3. vnū casum expressum, † in quo postulatio
ipso iure cassatur, & postulatores sunt priuati ea vice potestate
eligēdi, & postulandi, qñ, ſ. postulātes receperunt postulatū quo
ad spōralia, vel spiritualia, & fuerunt passi administrare postula
tum in spiritualibus, vel tpalibus. Et ex his habes ſm hæc tempo
ra, duas differentias inter postulationem, & electionem. Nā elec
tus administrans ante confirmationem, non perdebat ipso fa
cto ius sibi acquisitum, sed electio veniebat irritanda. Nec eligē
tes erant etiam ex hoc facto priuati potestate eligendi, vt in cap.
qualiter, ī. eo. Secus autem in postulatione, nam si postulatus ad
ministrat, ipso facto postulatio est nulla, & postulātes sunt priua
ti potestate eligendi, & postulandi, & ad alios canonicos, qui nō
deliquerunt, deuoluitur potestas. Et si pariter deliquerūt, deuol
uitur ad papam potestas. Ratio diuersitatis, quare magis delin
quunt in postulatione, q̄ in electione, est quia postulatio innī
titur gratiæ, & nullum ius est acquisitum postulato, vt in c. bo
næ, ī. de postula. ꝑl. Electio vero initit iuri & ex electione acqrit
ius in ꝑlatura ipsi electo, licet nō accqrat exercitiū, vt notat gl.
in ca. q̄to 63. dist. Hodie vero ipsa electio, ipso iure cassat, si elec
tus administrat ante confirmationem, vt in c. auaritiæ, ꝫ. eo. lib.
6. eligentes tamen ex hoc non sunt priuati potestate eligendi, qa
iure non cauetur. Et ex his, & ex tex. no. ꝙ potestas deuoluitur in
canonicos, non solum qñ alii canonici elegerunt scienter indi
gnum; sed ēt qñ aliter deliquerunt probabiliter, propter quod
incurrunt priuationē ipso facto, vt patet ex supradictis & inf. di
cendis. Item no. q̄ non deferens appellationi sui aduersarii prius
interpositæ; ille non potest allegare suam appellationem post ea
interpositam; sed aduersarius bene potest fundare se super appel
latione prius ab eo interposita; licet ipse nō detulerit appellatio
ni postea interpositæ ab aduersario; quia aduersarius non detu
3 lit suæ appe. Et facit ad quæstionem, duo fecerunt pacem, & ꝙ
b miserunt sub certa pena se non offendere. ᵇ demum vnus offen
dit aliū; & ille offensus sic, offendit postea offendentem; quæritur
nunquid possit secundus agere ad pœnam ꝫ primum offenden
c tē, ex quo ipse postea offendit? Et dic, q̄ sic, ᶜ quia primus offen
dendo rupit pacem, & sic incidit in pœnam; nec potest allega
re pacem ruptam ꝫ ſm, cum non possit se fundare super pace, q̄
ipse prius violauerat, nā vt dī in litera, frustra legis auxilium inuo
cat, qui committit in legem. Et hoc vī firmasse Bar. in l. cum pa
ter, §. liberis, de lega. 2. facit quod notatur in l. quæro, §. inter so
4 catorem. ff. loca. † Nota in ver. licet, & tene menti, q̄ licet in noto
tio non sit de necessitate recipienda probatio, vt in c. manifesta,
2. q. 1. & in c. euidentia, de accusa. & in c. ad nostrā, il 3. de iureiu.
potest tamen iudex ad cautelam probationem recipere, & reli
quum iudiciarium ordinem seruare. Puto tamē, quod pars, pro
qua facit notorium, possit resistere, ne probationem cogatur ad
ducere; quia non debet onerari superflua probatione, arg. in c.
sicut, de proba. & in c. ad nostram, si tamen pars non resistit, nō
vitiatur processus ex eo, q̄ non sit seruatus ordo iudiciarius, qđ
5 tene menti. † Item nota in versi. [Porro,] plura dicta notanda cir
d ca mariam notorii. primo q̄ in notorio ᵈ non requiritur exami
e natio, nec citatio. ᵉ Et no. sing. hoc vltimum, nam cōiter dicunt
glo, q̄ saltem requiritur citatio, vt notatur in d. c. ad nostram, &
in ca. porro, cum simi. Hic autem aperte colligitur contrarium,
nam hic allegabatur defectus citationis. Et ad hanc allegationē
confutandam replicabatur, q̄ excessus erat notorius; & sic ille
non indigebat examinatione; & p consequens nec citatione, alias

reprobatio

ADDITIONES.

a Vna pars. Vide Bal. in l. cunctos populos, col. 6. C. de ſsum. trin. & fid. catho.
& in l. 1. C. de monopo. Are. in l. si quis filio. §. fi. col. 2. de leg. 1. Abb. in cons.
94. col. 3. in 2. dubio. vol. 2. Anto. de Bur. in c. si. 36. col. supra de consuetu. vide
ēt Bal. in l. 2. §. deinde cum essent, ff. de ori. iu. vbi dicit per illum tex. q̄
Guelfi, qui sunt in vna ciuitate, possunt facere propria statuta de per se, &
Gebellini etiā possunt facere de per se, vide ēt Albe. de Rosa. in j. parte sta
tutorum. in 6. q. sed an pars expulsa. Seb. Sap.

b Offendere. Vide Bar. in l aut factæ. §. causæ. ff. de pœn. in l. si prædium. col. vlt.
C. de ædi. act. vbi dicit, q̄ offensa facta secundo loco, non præsumitur ad rū
pēdum pacem, sed ex offensione facta. Vide Car. in trac. maleficiorum, sub
rub. de transact. Seb. Sap.

c Dic, q̄ sic. Istam opi. sentit etiam Bar. in l. 1. §. cum arietes, ff. si quadru. paup.
fe. dica. & in d. §. libertis, in vltimis verbis, latius tñ circa istam qōnem vide
Bal. distinguentem in l. semel mora, & ibi Mod. ff. sol. mat. & d. Ale. in addi.
ad Bar. in d. §. cum arietes. Quādo autem simul se offenderent, neuter agit,
vt Bar. in sup. dictis locis & in l. seruū. §. sequitur, in fi. ff. de ver. obl. vide om
nino in ista materia Tal. in l. cum proponat. C. de pac. Aeneas Falco.
Et ad istam qōnem de offendente illum, qui primo offendendo rupit pacem,
dicas q̄ paria delicta mutata cōpensatione tolluntur, qñ cōmittuntur eodē
tpe, secus si ex interuallo, vt hic, & vide quæ habentur in l. in arenam, C. de
inoff. test. & in l. viro atque uxori, ff. solu. matri. Ant. Fran.

d In notorio. Vide per Abbatem, & alios in c. cū olim inf. de re iud. per d. Ant.
in c. tuam, de ord. cog. vbi dicit, q̄ in actibus per iudicē expediendis, in qui
bus certum est nihil posse opponi, poterit omitti partis citatio, vide Ro. in
cons. 483. Saluatoris. ad fi. vbi concludit, q̄ possessor beneficij intrusus no
torie, poterit priuari, etiam non vocato possessore. Seb. Sap.

e Citatio. Adde late Fran. Are. cons. 164. in cons. edito in fauorem Florentino
rum, cum vltimo supplicio tradiderunt Archiepiscopum, Cardinalem. &
in eodem consuluit dominus & præceptor meus dominus Hier. Torqua.
cuius consilium impressum est, & multa etiam ponit de notorio.
Vide ad materiam notorii, vltra hic alleg. gio. in Lemptorem, ff. de ac. emp.
Anto. Fran.

Universidad de Deusto
Biblioteca

reprobatio non conclusiſſet. Et idem vī probari in c. venerabilē. J. eo. ſed tu intellige, vt dixi in c. cum olim, de re iud. & d. c. ad noſtram, & in c. veſtra, de cohab. cleri. & mulie. Quod vbi factū eſt adeo notoriū, qđ nulla defenſio pōt parti abſenti competere; tunc non requirit etiam citatio; & hoc caſu intelligе iſtum tex. & in capi. venerabilem. pro hoc tex. eſt in l. 2. §. quod de frumentaria, de admin. re. ad ciui. perti. & ibi per Bar. Et hoc caſu intelligitur Inn. in c. quanto, J. de transl. Epiſco. vbi hoc profequit. Sed vbi factū non eſt, ita notorium, tūc requirit citatio; alias ſnīa, ſiue proceſſus habitus eſt nullus. In hoc caſu intellige Inn. in c. tua, de cohab. cler. & mulie. vbi hoc tenuit; & alia iura & authoritates, q̄ requirūt citationem. Vnū tamen dictum notabile, & quotidianū poſuit hic Inn. dicens, ꝙ vbi delictum eſt notoriū, ſed ignorat̄ perſona delinquens, puta, ga reperitur homo mortuus in ſtrata, & furtū commiſſum in apotheca, poteſt iudex ſine alicuius citatione. ex officio ſuo inquirere, nō tamen ↄ certam perſonam, ſed generaliter. Et ſi aliqui nominantur in illa inquiſitione generali, debeat poſtea procedere ſpāliter contra illos, quia proceſſus factus in generali inquiſitione. non facit fidem in ſpeciali; qa pars non fuit citata; nec vidit iurare teſtes, & ſimilia. Et hanc practicā dicit ſeruare totū mundū; & hoc idem ſentit Bart. in l. fi. ff. de q̄ō.

6 †Item no. ex tex. tres regulas. prima, ꝙ pp authoritatē iudiciariā,
a omnia præſumuntur rite, & recte geſta. [a] vnde oritur p̄ſumptiō reſpectu rectitudinis proceſſus, q̄ reſpectu iuſtitiæ; quod intelligе f̄m Inn. & bene, poſtq̄ ſententia tranſiuit in rem iudicatam. Nam difficillimum eſſet omnia acta iudicii ſemper recenſere. Vnde ſufficit, ꝙ appareat de ſententia poſt tranſitum in rem iudicatam, & omnia præſumuntur iuſte acta, [b] & idem dic in examinatione, quod poſt lapſum decem dierum, omnia preſumuntur iuſte acta, & nota hoc vltimum. Tamen hunc vltimum articulum præſumptionis ſententiæ. longe plenius examinaui in ca.
7 quoniam ↄ J. de prob. & dic, vt ibi ſecunda regula, ſꝙ teſtes ſin-
c gulares regulariter non probant. [c] Et dicūtur ſingulares, quia deponunt ſuper diuerſis factis, ita quod quilibet eſt ſingularis ex dicto ſuo; quod intellige reſpectu obiecti. Nā reſpū percipiendi ſp teſtes ſunt ſingulares; quia ſenſus meus, per quem ego percipio non eſt tuus, ſed meus, nec eↄ. Sed dicuntur conteſtes, & non ſingulares, quando obiectum ſuper quo deponunt, fuit repræſentatum ſenſibus teſtium, eodem tempore; Nā tunc videntur deponere de eodem facto; quia diuerſitas temporum poteſt in ducere diuerſitatem rerum, & teſtes debent concludere neceſ-
d ſario, [d] vt in c. in præſentia. de prob. & concordat hunc tex. c. cum dilecti. J. eo. & in c. tam literis, de teſtib. cum ſimi. Tertia reg. eſt, ꝙ negatiua per rerum naturam probari non poteſt; & quotidie ſolet allegari iſte tex. ꝙ negatiua eſt improbabilis, quod an
8 ſit verum indiſtincte dicā J. cum gl. †Item no. ꝙ quis non pōt, ꝙ bare ſe non fuiſſe citatum, & ſic vī, ꝙ non eſt ſtandū aſſertioni negantis citationem. ex quo de citatione conſtat vere, & præſū ptiue, ſed hoc intelligo, ut dixi in c. cum parati, J. de app. per Cyn. in l. ſi quis decurio. C. de fal. Vlti. no. & tene menti, ꝙ ſi in notorio ex ſuperabundanti iudex ſeruauerit ordinem iuris, licet in ali quo deliquerit, ſeu defecerit ↄ ordinem; tamen ex hoc defectu ñ
e debet vitiari totus proceſſus. [e] Ex quo. n. ad cautelam, & non de neceſſitate ſeruat iuris ordinē, tranſgreſſio ordinis in aliquo nō vitiat ex quo ordo non erat de ſubſtantia proceſſus. Ita arguit hic papa ↄ allegationē ſuper defectu citationis. Nam primo dicit præſumendum pro citatione. Sed ↄ dicit. ꝙ p̄ſuppoſito, ꝙ citatio fuerit omiſſa; tamen ex quo factū fuit notoriū, nō dēt pro
9 ceſſus irritari. † Facit ad gōnē, ſi in cā fuit oblatus libellus inept[us], ꝙ talis ineptitudo nō hēt irritare ſeu vitiare; ſi talis erat cā, in qua de neceſſitate non exigebatur libellus, de quo vide, quod legi. &
f no. in l. vinum, [f] ff. ſi cer. pe. In gl. 2. in fi. quare aūt Papa non mandauit in caſu iſto, iſtum eм priuari etiam proprio epiſcopatu; ex quo tranſtulit ſe propria authoritate? dic ↄ ad hoc non agebatur, ſed ſolum contrēdebatur de præualiditate electionis, & poſtulationis. In gl. 2. in fi. hęc iura q̄ gl. alle. pro ↄcor. pñt adduci in ↄriū; ga electio, non irritatur ipſo facto, ſi electus adminiſtrat ante p̄firmationem, ſed dēt per ſnīam irritari, ut ī iurib. præal. in gl. ſed in tex. noſtro poſtulatio annullatur ipſo facto, q̄ poſtulatus adminiſtrat ante admiſſam poſtulationem per ſuperiorem. Vnde dicas, ꝙ iſta iura alle. in gl. concordant in genere; quia punit vterque, ſ. poſtulatus, & electus. & poſtulantes; quia magis delinquit poſtulatus, adminiſtrando, cum nullum ius ſibi acquiratur ex poſtulatione, vt ſ. dixi in notabilibus. In gl. in ver. [Metuebāt] ibi, [Sed in caſu huius decr.] Aduertæ, quia hæc gl. ſentit duas ſolu. ad c. quia propter. J. eo. vbi dr, ꝙ impeditus debet p̄ſtituere, p-
g curatorem q̄ ad electionis actum; non autem petere, vt mutetur locus electionis; cuius ↄtium innuitur hic. Sol. prima ſolu. eſt, ꝙ
10 iſtud c. in hoc recipiat hodie limitationem. † Secunda ſol. eſt melior, diſtinguens inter metum realē, & perſonalē, & ſi metus eſt realis. puta, quia timetur oppreſſio circa electionis actum, tunc habet locum, quod hic dr. Non enim debet abſens mittere procuratorem, vel venire; quia in perſona vtriuſque timetur oppreſſio, vnde tunc licite petitur, ut aſſignetur locus idoneus, & ſecurus, alias poteſt recurri ad ſuperiorem, & appellari, vt hic. Et ſi dicas in quocunque alio contractu eccl. imminente, vt ſi metus poteſt expediri extra eccleſiā, q̄ in eccleſia, pp metum realē debet capitulum exire eccleſiam, & ire ad locum ſecurum, de quo vide pulchre per Inn. in c. 2. de no. ope. nun. Si vero metus eſt perſonalis, quia ſolum timetur de perſona abſentis pp inimicitias vel odium; & tunc habet locum c. quia pp. præall. Sed dubitat pōt quid ſi maior pars ſit abſens, propter metum perſonalem, nunquid minor pars teneatur exire, & accedere ad maiorem? Gl. iſta in princ. non bene aperit intentionem ſuam. Ego puto, ꝙ non, quia electio regulariter eſt facienda in ea. ut in c. quod cur. J. eod. & in c. cum terra, ſ. eo. cum ſim. Vnde ex quo metus vel impedimentum, concernit ſolum perſonas, quia c. quia pp. loquitur indiſtincte, ꝙ præſentes regulariter conſtituunt capitu-
* 20. q. 2. * c. ea. n. An aūt vbi metus eſt realis, poſſit maior pars ſtituere locum ſecurum, & terminum electionis futuræ gl. tit hic, ꝙ ſic. Sed ego puto, ꝙ requirātur duæ partes, de quo dic vt plene dixi in c. cum nobis, ſ. eo. In ea. gl. ibi, [Solus talis numꝰ ſufficit, &c.] No. hanc partic. gl. ꝙ ad iuſtificandū appellationē propter timorem impreſſionis, interpoſitam, non eſt neceſſe quod impreſſio fuerit ſecuta, ſed ſatis eſt probare, ꝙ veriſimiliter de ea timebatur; quia appellatio extraiudicialis non requirit quod grauamen neceſſario præcedat, ſed ſatis eſt, quod verſimiliter timebatur, vt in clem. ſicut, de app. & facit, quod no. in eā nobis, ſ. eo. vbi idem ſentit Inn. In ea. gl. ibi, [Alias nullus eſſet conſenſus.] No. gl. aperte. n. ſentit, † quod electio facta per metū ipſo iure nulla, unde non habet locum hic illa regula, coacta noluntas, volūtas eſt, de qua in c. merito. 15. q. i. Rō eſt, ga in electione regnit, ſi ſolū ↄſenſus, ſed ēt liber ↄſenſus, metus. n. & ſi nō tollit ſēsū tollit tñ libertatē conſenſus, quia vbi intercedit metus, ibi ſenſus non eſt liber, ut in c. cum locum, de ſpon. & vide gl. 3. q. 5. c. notificaſti, & bo. tex. in c. ubi periculum. §. cæterum co. tit. 6. & quod non teneat talis electio, ſentit Inn. hic. cuius ↄrium tit in c. quod ſicut, J. eod. Sed tu diſtingue, vt dixi plene in c. dilecti. ſ. eo. In gl. in ver. [conſtaret,] [vel poſſet ſuppleri, maxime ſi voti non fuiſſent [Senſus glo. eſt quod præſuppoſito, quod iſti canonici abſentes deficerent in probando metum, nihilominus debuiſſent obtinere, ſi non fuiſſent uocati ad electionem. Ergo eſt. quia ex quo præſentes deliquerunt in admittendo poſtulationem circa adminiſtrationem eccleſiæ, poteſtas eligendi fuit deuoluta
h ad alios canonicos, qui non deliquerunt. [h] Nam propter iſtud delictum canonici ſunt ipſo facto priuati poteſtate eligendi, ut innuitur hic in litera. Ideo ceſſante omni metu, poteſtas deuoluitur ad alios, licet pauciores. Sed dubium eſt, quid ſi abſentes voluerunt comparere ſine iuſta cā, præſentes aūt pp eorum odium priuantur poteſtate eligendi, ad quem deuoluetur hæc poteſtas an ad ſuperiorem, an ad iſtos canonicos, qui uocati veniunt? Credo, quod ad ſuperiorem, quia iſti contemnendo venire fecerunt ſe alienos, vt in c. cum nobis, ſ. eod. Vnde ſi tota poteſtas capitularis remanſit penes præſentes, merito ſuccedit iura, quibus cauetur, quod ſi capitulum delinquit, poteſtas de-

uol-

ADDITIONES.

a Seb. Sap. Recte geſta. Vide tex. & quod ibi not Sal. & Ange. in l. 1. C. de præd. decu. li. 10. cum alle. per Cur. ſenio. in conſi. 44. ſuper contingentia ſecu. col. 5. per Iaſ. in l. pacta nouiſſima, col. 2. C. de pac.

b Iuſte acta. Adde quod præſumatur pro rectitudine ſententiæ, Alex. conſ. 122. li. Et an omnia præſumantur ſolenniter acta, per Are. conſi. 79. Adde Bald. in c. ſicut, in 2. col. infra de re iud. ubi dicit, quod propter authoritatem iudiciariam omnia præſumuntur ſolenniter præceſſiſſe, etiam ſi iudex ſit unus ribaldus, quod eſt no. uide etiam per Bart. ſing. in l. frater a fratre, ff. 15. colum. uerſicu. tertio quæro, ff. de cond. indeb. quod reputat non innouari alibi, Iaſ. in l. ſingularia, in 7. colum. ff. ſi cer. peta. Et ad principalem materiam uide Iaſ. in l. pacta nouiſſima, in 3. no. C. de pac. Aen. Fal.
Anto. Fran. Et adde ad materiam, an & qnando præſumantur ſolennitates requiſitæ. interuenиſſe, quæ latiſſime uoluit Ioan. de Imo. in l. ſciendum, ff. de uer. ob.

c Non probant. Adde Ale. late conſi. 175. 2. lib. Are. conſi. 13.

d Seb. Sap. Neceſſario. Vide do. Lanf. de Oria. in repe. cap. quoniam contra falſam, in uerſicu. teſtium, colum. 5. & do. Iaſo. in repet. Ladmodum, char. 24. ff. de iureiuran. ubi declarat quomodo teſtes dicantur ſingulares.

e Seb. Sap. Totus proceſſus. Vide late Fely. in c. cum ordinem, colum. 1. ſupra de reſc.

f Vinum. Adde Rom. conſi. 454. Adde in ſimili canoniſtas in cap. examinata, infra de iud. ubi concludunt, quod cum actio non ſit exprimenda in libello, ſi tamen inepte exprimitur non uitiatur libellus ſequuntur Legiſtæ, quod Bar. in l. 1. in princi. ff. de eden. licet d. Iaſ. in ult. col. attentauerit contrarium per multa, & etiam in l. edita, in 2. col. C. eo. ti. & uide in materia omnium Rom. qui non ſolet in hoc allegari, in conſi. 154. Aen. Fal

g Zach. Procuratorem. Dic, quod ad hoc, ut talis procurator, per impedimentum conſtitutus, admittatur, quod oportet, quod tabellio teſtificetur in mandato procuratorio conſtituentem præſtitiſſe iuſiurandum ad ſancta Dei Euangel. corporaliter tacta. quod legitimo detinetur impedimento, & ne credatur detinebitur in termino ad electionem præfixo, ut per Mandago. par. 1. cap. 11. §. fi. & c. 59. par. 2. & ibi per gl. in uer. iurauit.

h Seb. Sap. Non deliquerunt. Vide Firma. in tract. de epiſcopo, in 3. parte. li. 9. 27. ubi dicit, quod etiam ſi unus tantum fuerit, qui non deliquerit, ad eū deuoluitur poteſtas eligendi, per gl. hic.

uoluitur ad ſuperiorem, vt in c. quanquam, eo. ti. li. 6. Et hoc forteſentit gl. hic, dum dicit, ſi uocati non fuiſſent, ſecus ergo ſi fuiſſent, & ſine iuſta cauſa uenire noluiſſent. In glo. in uer. [Recepit]
12 ibi, [Quia ſibi non erat notorium.] Vult ergo gl. †quod qñaliqd eſt notoriū aliis, ſed non iudici, quod tunc iudex recipiat probationem, ac ſi factum non fuiſſet notorium. Sed tu dic, quod iudex hoc caſu habet duplicem viā procedēdi. Primo ſeruando iuris ordinem; ſecundo recipiendo probationem ſuper notorio; & procedere debet ſicut proceditur ſuper notorio, de quo vide bonam gl. & quod ibi dixi in c. ad noſtram, il 3. de iureiu. Sed eſt dubium, quid ſi iudex proceſſit, ac ſi factum eſſet notorium, ſibi tamen conſtabat, ꝙ factum non erat notorium? de quo vide per Inn. in c. tua, de cohabi. cler. & mul. & dicam in c. veſtra, eo. ri. In gl. in ver. [præſumitur] in fi. Vī ergo velle, ꝙ iſtud ca. in hoc hodie ſit immutatum, quod non procedit; ſed intelligendus eſt tex. poſtquam tranſiuit in rem iudi. de quo tamen dicendum, vt plenē dixi in cap. quoniam, de prob. In gl. in ver. [Per rerum naturam,] No. iſtam glo. in materia negatiue, ad quam quotidie fit remiſſio, & vide aliam gl. in materia ſatis plenam 6. q. vlt. in ca. ac cuſator. & hæc gl. in effectu poſſet diuidi quoad tex. in tres partes: Nam primo quærit de intellectu illorum verborum, ꝙ negatiua per rerum naturam probari non poteſt. Secundo querit, an ſit indiſtincte verum, quod negatiua probari non poſſit. Tertio incidenter annectit, cui incumbat onus probandi negatiuam. Quoad primam qōnem, gl. dat duas expoſitiones. Primo, vt dicatur per rerum naturam, i. ſecundum curſus cauſarum, & expone, ideſt, f̄m conſuetudinem. Nam conſuetudo eſt altera natura, i. alterata natura, vt no. in l. actor. C. de prob. Secundo exponit f̄m naturam. i. per naturalem probationem, i. per cām rei, & ſenſus gl. eſt, ꝙ negatiua non poteſt probari per aliquam causā realem, ga non entis, non ſunt cauſæ. Non ens. n. non multiplicat ſpeciē, & per conſequens nō pōt directe per ſenſum percipi; ideo nec probari. † Et pro clariori intellectu, & expoſitione, glo.
a hic intrat ſecundam qōnem, nunqd ſit verū indiſtincte, ꝙ negatiua non poſſit probari, [b] & in hoc glo. in effectu, diſtinguit, ꝙ
b tiua non poſſit probari, qđā eſt negatiua vaga, i. ñ reſtricta ad certū tps, locū, vel pſonā, & tūc iſta negatiua non pōt probari directe, vel indirectē, ſ. per teſtes. Nam ſi gñaliter nego, ꝙ nō ↄxi matrimoniū cū Bertha, non eſt poſſibile, ꝙ per teſtes iſtā negatiuā probem. Sed ſi negatiua hēret reſtrictionē temporis, loci, vel perſonæ; tunc pōt probari indirectē, i. per obliquū, ſeu per aliā cām mediam. Exēplū. Accuſatur quis, ꝙ interfecit Titium in ſcda hora noctis in platea; accuſatus pōt probare, ꝙ nō interfecit, probādo p obliquum: Nā poterit probare, ꝙ in ſecunda hora noctis erat cū quibuſdā amicis in alio loco, ita, ꝙ non erat poſſibile, ꝙ ibi exiſtens potuiſſet interficere in platea. Vnde teſtes directē non ponunt, ꝙ non interfecit, ſed ex dictis eorū reſultat iſta probatio, ꝙ nō interfecit. Et ita valida eſt probatio iſta, ꝙ præfertur probationi factæ de affirmatiua, de quo vide gl. no. in c. clerici. 81. diſt. quæ dicit, quod ſi duo teſtes clerici dicunt, ꝙ clericus commiſit maleficium tali nocte, & accuſatus probat per alios duos teſtes ēt laicos, ꝙ illa nocte fuit cum eis; ita, ꝙ non potuiſſet committere iſtud maleficium, quin ipſi vidiſſent, hæc probatio præfertur primæ, ga eſt pro reo, & reus eſt fauorabilior. Nam iura ſunt promptiora ad abſoluendum, q̄ ad condemnandum, vt in c. ex literis. de proba.
c & in l. abſentem, ff. de pœn. Quod ergo dicitur, ꝙ plus creditur duob. teſtib. affirmātib. q̄ centum negantib. vt in c. ſuper hoc. de renun. nō hēt locū in negatiua ſic coarctata; ſed in negatiua creduli tatis, vel purgationis, ar. c. ad noſtram, J. de prob. Io. An. hic dicit, ꝙ ubicunq; negatiua cadit directe in ſenſum teſtis; ſicut affirmatiua; pōt directē probari, ſicut affirmatiua. Exemplum, ſi video te non hēre pileum in capite; poſſum directē deponere, ſideo te non hēre pileum in capite, quia ſi vellem probare affirmatiam: Nam ita directē percipio te non hēre, ſicut percipio te hēre, in caſu quo hēres. Sed vbi negatiua directē nō cadit in ſenſum teſtis; ſed per quandā cām mediā, ſeu per obliquum; tunc nō pōt directē probari; ſed indirectē ponere exēplum in terminis p̄miſſis. Si accuſatur Titius, ꝙ commiſit maleficium ſecunda hora noctis, & Titius probat, ꝙ ea hora erat alibi cum quibuſdam amicis. Nam hoc caſu teſtes directē ſi
13 pōt probare, ꝙ nō commiſit maleficium; ſed indirectē, & in hoc multum inſtat Io. An. hic. Multi tamen tenuerunt ↄ primū mēbrum; & præſertim Io. de Lig. dicens, quod nunq̄ negatiua directē pōt probari; nec directē cadere in ſenſum teſtis: Nā affirmatiua probatur per obiectum repræſentatum ſenſui, per quē percipitur; ſed non ens non multiplicat ſpecies; & ſic non poteſt directē percipi per ſenſum; ſed indirectē, ſ. per remotionem a ſenſu; quia ex quo aliquid non repræſentatur ſenſui viſus. p hoc medium iudico, ꝙ nihil eſt in loco. Sed iſtud, nihil, directē non percipitur; merito tex. cōiter dixerūt generaliter, ꝙ negatiua non poteſt probari per rerum naturā. Et hæc opin. verior, vī ēt placere do. Anto. Nam dicit indirectē negatiuam poſſe probari, directē nunquam ſibi placuit. Eſt tñ verum, ꝙ qñ iſta negatiua eſt bene eo arctata, tātæ potentiæ, & virtutis eſt, ſicut probatio affirmatiua. Tamen in effectu non refert, quæ opi. ſit verior. Nam p̄batio concludit, ex quo ſit ſuper negatiua modis p̄dictis, ad hoc
d c. tertio loco, de proba. Tene ergo, [d] quod p̄dictum eſt, quod negatiua, non habens determinationem, non eſt probabilis, ſecus ſi eſt determinata. & reſtricta modis p̄dictis, vt in c. ex teno re, de teſti. cū ſimili. Hæc vera in probatione faciēda per teſtes:
e Nam per iurm proprium, [e] qñque probatur negatiua, vt in iuramento purgatorio; cum quis iurat, quod non commiſit maleficium, vel quod non ↄxit, vel quid ſimile, vt in c. quoties, de pur. cano. & in c. præſentium, de teſti. cum ſimi. probatur ēt per iuramentum aduerſarii, cum reſponder ad poſitionem, ut in c. i. de ↄfeſ. li. 6. Illa tamen non eſt propriē probatio, quia confeſſio eſt potius probationis releuatio, q̄ probatio, ut dixi ſuper rub. de p̄ba. Itē pōt probari negatiua, qñ hēt implicitam affirmatiuam qa tunc reſoluitur in affirmatiuam, ut in c. ſuper hoc. præal. & hæc
14 ſufficiant quoad ſecundam quæſtionem. † Quo ad tertiā, hic gl. & communiter aliæ gl. iſtum articulum examinantes cōcludūt, quod ſi negatiua eſt improbabilis, transfunditur onus probandi in aduerſarium, ſed ſi eſt probabilis incumbit onus probandi
f neganti. [f] Sed tu uide plenius per Io. An. in reg. ſine poſſeſſione, in Merc. de re. iur. li. 6, & per Bar. in l. in illa. la j. ff. de uerbo. oblig. & per Io. Cald. hic. Ex quorum dictis breuiter conclude, quod aut aduerſarius habet intentionē fundatā ſup affirmatiua, & tunc negāti incūbit onus p̄bādi, ſiue negatiua ſit, p̄babilis ſiue impro
g babilis. [g] Imputatur. n. ſibi, ſi intentionem ſuam probare non poteſt, arg. 6. q. 2. in c. ſi tantum, & in c. plerunque. 2. q. 7. vī probari iudicio meo in d. c. 1. de confeſ. li. 6. vbi dr quod ſuper negatiua improbabili, poteſt admitti ſi iudici æquum viſum fuerit; ergo onus probandi hanc negatiuā non transfunditur in aduerſarium; alias non eſſet neceſſe ſuper ea facere poſitionem; quia ad uerſarius haberet probare affirmatiuam. Item indiſtincte admitteretur poſitio ſuper tali negatiua improbabili, cuius contrarii innuitur hic, pro hac parte facit cōis regula iuris, & ratio naturalis, nam quiſque dēt probare id, quod eſt cauſa ſuę intentionis, & non exquirere probationem ab aduerſario ſuo, 6. q. vlt. c. accuſator. l. 1. C. de prob. & Lei incumbit, ff. eo. ti. Si. n. probare non poteſt, dici ſibi pōt, deficit tibi probatio, non ius, vt in d. l. duo ſunt Titii, ff. de teſta. tutel. Fallunt prædicta, q̄ſi ſuper affirmatiua eius, quod negatur, iura mandant ſcripturam confici: nam ſi tunc nego factum, tibi incumbit onus probandi per ſcripturam, tum, quia iura mandant confici ſuper illo ſcripturam, tum, quia eſt p̄ſumptio, quod non fuerat factum ex quo non apparet ſcriptura, & præſumptio, transfert onus probandi in aduerſarium, vt in capitu. vnico, vt eccl. benef. Hinc dixit no. Innocen. in capit. ſuper his, de accu. quod ſi contra electum excipio, quod non eſt
15 clericus: ſibi incumbit onus probandi, quod ſit clericus; quia iura mandant ſuper ordinis collatione, literas fieri ſecunda qō. prima. capi. legant; & idem nota. glo. ſecunda quæſtio. ſexta, in Sum. Et no. diligenter hoc dictum, & plures caſus, in quibus iura requirunt ſcripturam, vide per gloſſ. in capi. primo, de cenſibus libro, ſexto. † Et in fin. gloſſ. alleg. l. ex perſona, facit in contrarium, quia ibi dicitur, quod aſſerenti aliquem non eſſe ſoluendo, incumbit onus probandi, ergo eſt verum, quod præſumatur quilibet idoneus, & potens. gloſſ. non ſol. multi ſtant in contrario; ſed tu tene opin. gloſſ. de qua Barto. facit magnum feſtum in l. ſi vero, ff. qui ſatisda. cogan. qui per multa iura concludit, & be-

ne

ADDITIONES.

a Seb. Sap. Nunquid uide Aretin. in l. in illa, col. 3. ff. de uer. obl. vbi ponit. triplicem ſpeciem negatiuæ.

b Zacharias. Negatiua non poſſit probari. Adde de hac materia negatiuæ quotuplex ſit, & quæ probari poſſit, & qualiter, & quæ non, & an neganti incumbat onus probandi, uel aduerſario, plenius quam per aliquem ſcribentem per Lanfran. de Oria. in capitu. quoniam contra, in nu 3. cum plu ribus uer. ſequen. in princip. & ibi in additio. ad ipſum, potiſſimum in addi. Celſi, de prob.
Ant. Fran. Adde ad materiam probationis negatiuæ ea, quæ habentur per eundem Lanfran. & alios in l. 2. & in l. ab ea parte, ff. de prob. & uide Bal. & Sal. in l. actor, C. de prob.

c Seb. Sapia. Plus creditur. Vide do. Franciſcum Curtium ſeniorem in tracta. de teſt. in 26. conclu. ubi ponit quinque limitationes ad illud, Creditur magis duobus teſtibus affirmantibus, quam mille negantibus. uide eundem in vigeſimaquinta conclu. & 24. ubi plura circa dictum teſtis afferentis negatiuam.

d Tene. ergo. Adde Alexan. conſilio, 196. ſecundo libro Angel. conſilio, 161. & 238. Raphael. Cuma. conſilio 164. & Fulgo. conſilio, 140. Franciſ. Are. conſi. 83.

e Sebaſtia. Iuramentum proprium. Vide text. & quæ ibi notat in l. tertia, §. ſed & ſi de conditione, de iureiuran. Vide plures modos probandi negatiuam per Curtium Seniorem, in prælleg. titu. de teſtib. in 22. concluſio.

f Seb. Sap. Neganti. Adde uidendum Franc. Are. conſi. 31. Ale. conſi. 39. 1. lib. & conſi. 29. 2. li.

g Improbabilis. Vide Inn. in c. ſuper his. infra de accu. Bar. & alios in l. in illa, ff. de uerb. obl. Bar. in l. de ætate, 3. q. principali, ff. de mino. & l. is poteſt, col. pe. ff. de acq hær.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne, quod fundãtis se super paupertate, vel diuitiis, incumbit onus
a probandi; a vt si nego aliquẽ esse diuitem, vel pauperem, habeo
16 ego probare hoc. † In gl. in ver. [Singulares,] ibi, [Non fuit citatus, quod ego sciam,] Aduerte, quia hæc particula gl. potest hẽ-
re duos intellectus. primus, ꝙ sic deponendo. Talis non fuit citatus, quod sciam; ego sic iurans non incurro periurium, & sic intelligendo, glo. est vera. Secundus intellectus est, ꝙ per ista verba probabat, illum non fuisse citatum, & iste intellectus non est verus; quia poterat citari me ignorante. Et ideo Doct. cõiter dicũt, ꝙ talis depositio non facit fidem; sed tu dic verum; nisi iste in dicto suo additisset, quod non potuisset citari, quin ipse sciuisset, puta; quia fuit secum tota die, qua fuit citatus: & isto modo põt probari negatiua in aliis terminis. Nam posset aliquis dicere, Talis non commisit tale homicidium, ꝙ ego sciã; nec potuisset cõmittere, quin ego scirem; quia ego fui secum illo tempore, quo homicidium fuit commissum. Ad hoc vide bonam gl. in l. 1. §. 1. de iti. actuque pri. & per Bald. in c. 15. si quis per triginta, si de feu.
17 fue. contro. col. 10. & no. hoc dictum. † In ea. gl. ibi, [Ad legatum nuntium destinarunt,] No. bene hanc particulam gl. Ex qua hẽs iuncto tex. ꝙ si is, qui dr citatus, misit nuncium ad iudicem, præsumitur, ꝙ fuerit citatus. licet neget se fuisse citatum. Hinc not. dicit Arch. in c. proposuisti, 82. dist. ꝙ si comparens coram iudice, neget se citatum fuisse, & petit ꝙ ante omnia aduersarius ꝓbet citationem, non debet audiri. Nam præsumitur, ꝙ fuerit citatus, ex quo comparuit in iudicio. Et no. gl. in alio, quatenus po
b nit reg. ꝙ asserenti b citationem, incumbit onus probandi, & ꝓ-
c batur hæc reg. in c. qm̃ ꝺ. de prob. & uide, quod dixi in c. cũ para-
18 ti, de ap. † In ea. gl. ibi, [Non tam en singuli probant de se,] vr hæc particula gl. velle, ꝙ singuli de cap. fuerint citati, & non capitulũ. ꝺ hoc facit, quia in eã collegii dẽt citari collegiũ, & non singuli de collegio, qa aliud est collegium; aliud singuli de collegio, ut in c. liberti. 12. q. 2. facit c. si c. de concess. præb. li. 6. Sol. dicit hic no. Inn. ꝙ ubi est certum, qui faciant capitulum, tunc illi sunt citandi capitulariter; sed qñ ignoratur penes quos consistit capitulũ; puta quia quilibet pars dicit se facere capitulum, tunc cautela
19 est, ut singuli de cap. citentur; & ita fuit hic actum, quod no. † In ea. gl. ibi, [Sed qualiter probabitur capitulum citatum.] de hac
d materia qualiter debeat citari collegium, siue vniuersitas, d vide glo. pleniorem in d. c. si cap. & tene illam menti; præsertim in in eo, ꝙ inter cætera dicit, ꝙ in explicandis in c. passiue, sufficiũt maiores de cap. quia per eos deducitur ad notitiam totius capituli, tamen vtile est, ꝙ congregetur vniuersitas, si fieri potest, & tunc fiat citatio collegialiter. In ea. gl. ibi, [Quod capitulum sit ex
20 cõicatum,] dic, ꝙ quod capitulum, vel vniuersitas excõicari non
e potest e sed suspendi, vel interdici põt f vt in c. Romana. §. in uni-
f uersitatem, de sent. excom. li. 6. & de hac materia glo. vide quod leg. & no. in c. 2. de testi. cog. & per Inn. in c. P. & G. de of. dele. vbi quæritur si iudex excõicauit aliquẽ contumacem, nunquid iste sit excõicatus, si non erat contumax? In glossi. in ver. [Secure] ibi, [Non credo.] Intellige istã gl. qñ quis citatur ad cãm, sed si citat vt veniat ad electionẽ faciẽdã; impeditus dẽt mittere procuratorem, si vult, alias procedetur ad electionẽ eo absente, vt in ca qa
pp. ꝺ. eo. quia non debet impediri prouisio eccle. pp impedimẽ-
21 tum istius, & hoc ẽt voluit gl. 5. in ver. metuebant. † In gl. in versi. [Nuntium,] in fi. sol. f m Host. ꝙ ad excipiendam causam, nõ sufficit nuntius, sed debet mitti procurator; & hoc casu loquit iste tex. & tex. in c. j. de procur. sed ad allegandum aliquid pro absente, puta infirmitatem, vel aliud impedimẽtũ, sufficit nuntius. Debet tñ literatorie esse destinatus, vt in c. prudentiã. hic all. In gl. in ver. ex trib. causis, ĩ fi. difficultas intelligedi cãs priuationis maioris partis, oritur ex tex. ex eo, quia papa hic in prin. mandat solũ inquiri de vnica causa, scilicet quod postulantes admiserunt postulatum ad administrandum; sed in ver. [Deinde.] ponuntur duæ causæ. Nam ibi vltra prædicta, ponitur causa, quia post appellationem legitimè interpositã, præsumpserunt postulare. In tex. in ver. [Nos igitur.] vr implicite, ꝙ ex trib. causis isti reddiderunt se indignos, quas non exprimit implicite. Sed concludo capiendo substantiam eorum, quæ hic scribuntur, vt. n. di xi, iste tex. habet tres lect. Prima, ꝙ isti fuerũt priuati, qa receperunt illum postulatũ ad administrandum, vel passi fuerunt eum administrare in spiritualibus, vel tẽporalib. Et in isto intellectu omnes cõueniunt; quia clarissime probatur in prin. c. & f m eũ, primo summaui tex. Secunda lect. quæ multum vr placere Inno. est, ꝙ isti fuerunt priuati, quia postulauerunt alium. s. Epm Vormatien. per impressionem laicorum. Iste tñ intellectus vr verus
22 in se, ar. in c. quisquis, ĩ. eo. non tamen multum congruit literæ huic. † Ex hoc intellectu habes, ꝙ postulantes aliquem per impressionem laicorum, priuantur ipso facto pro ea vice potestate eligendi, & postulandi, & potestas deuoluitur ad alios, qui non deliquerunt, licet pauciores numero. Quid autem sit in eligentib. per abusum secularis potestatis? dic, vt hr in c. quisquis, præal. Tertia lect. est, ꝙ isti inciderunt in pœnam priuationis, quia præsumpserunt postulare post, & ꝺ appellationem legitime interpositam. Et ex hoc colligit Inno. hic, & in c. gratum, §. ti. proxi. vnum
g casum, in quo postulantes potestate eligendi, & postulandi priuantur. Host. tamen in c. gratum, dicit hoc procedere, vbi postulatio fieret ex causa, & a duabus partib. collegii. Mouetur, quia postulatio præualet electioni, vt in c. scriptum est, ĩ. eo. Sed electores eligentes post appellationem, non priuantur pte eligẽdi, licet electio ueniat cassanda, vt in c. considerantibus, §. eo. ergo nec postulantes, quando faciunt duas partes collegii, & ex eis fuerũt moti. Et ex hoc no. vnã drią ãnter postulãtes, & eligentes & possunt isti tres intellectus coniungi, & de eis iste tex. voluit facere mentionem in ver. [Nos igitur] dum dixit, ꝙ ex trib. causis isti reddiderunt se indignos. Et ex his habes tres casus, in quibus priuantur aliqui potestate eligendi, & postulandi, & intellectus c. remanet clarus. In gl. fi. hæc gl. in effectu tractat duo. Primo, a quem deuoluitur potestas eligendi, qñ electores sunt priuati pro
delictum ipsorum, vel negligentiam. Secundo, quid si omnes
prin. non deliquerunt, sed vna pars tantũ primo deliquit? Circa
g primam q. concludes breuiter, ꝙ in ecclesiis cathedralib. quoad
23 Episcoporum electionem, h & aliorum, deuoluitur potestas in
h casu delicti ad solum papam. Sed in casu negligentiæ, fit deuolutio ad proximum superiorem, & est hodie declaratum in c. ĝ. ĵ. e. ti. li. 6. & dic, ut ibi leg. & no. ita ꝙ opi. huius gl. approbatur in electionib. vero inferiorum prælatorum, seu Rectorum mitti deuolutio ad papam, sed ad proximum superiorem. vel ad c. f m dispositionem, quam habes in c. cum in cunctis §. fi. s. eod. & in c. 2. de concess. præb. In secundo concludes sequendo opi. Tancõiter hic tenetur, ꝙ si aliqui delinquunt potestas recedit
i in pauciores, i qui non deliquerunt, vt hic, & in c. dudum, s. eod. Nam priuati censentur mortui. Sicut. n. in casu mortis succedunt superstites in totum ius Capituiare, vt in c. gratum, §. ti. proxi. & in casu priuationis propter delictum, & si isti pauciores possent deliquunt, vel eligere negligunt, deuoluitur potestas ad eum, a quem fuisset facta deuolutio; si omnes pariter deliquissent, nam autem redit ad eos, qui fuerant priuati. Ratio est, quia isti pauciores repræsentabãt totum collegium, eis ergo delinquẽtibus succedunt. Nam quidam dicunt, quod deuolutio fit ad superiorem, & ad c. cum Vinto. ĵ. eo. quod videtur obuiare prædicto, quod ibi illi ad quos fuerat deuoluta potestas, non fuerant priuati potestate eligendi, sed electio non habuit effectum, sicut ibi latius dicetur. Abb.

ADDITIONES.

a Propandi Adde uidendum Ro. consi. 143. & consi. 265.
Ant. Fran. Et de modo probandi aliquem esse diuitem, uel pauperem, & quem non esse soluendo, uel non habere bona sufficientia ad satisfaciendum creditoribus, uel liti, vide Bar. in l. in illã, & in l. hoc iure, ff. de uerb. obli. & in l. si constante, in prin. ff. sol. ma. & ibi plene per Rom. & uide Bald. Sal. in l. ubi adhuc, C. de iure do.
b Seb. Sap. Asserenti uide Are. in c. 1. col. 2. & 3. infra de iudi. Mod. in l. fi. dum, ff. de uer. ob.
c Onus probandi. Adde Pau. de Ca. consi. 265. in antiq.
d Vniuersitas. Adde qualiter uniuersitas sit citanda, Ang. consi. 196.
e Non potest. Adde Fran. Are. consi. 164.
Zac. Adde Dom. in c. Romana, §. in uniuersitatem, & ibi Ioã. And. in noua de sen. excommu. li. 6. & Spec. in ti. de sen. excom. §. 1. uer. item not. hic, net, non posse excommunicari uniuersitatem, quia est corpus sine anima. Sed dum iste subdit, quod suspendi, vel interdici potest, an si suspendantur sint singuli ipsius suspensi, an qui postea nati sunt, uel qui loco mortuorum positi sunt, vide per Bart. in l. quod in rerum, §. fi. in vl. quæstio. ff. de lega. 1. & in l. inter stipulantem, §. sacram ff. de uerb. obli. Ang. post Dyn. in l. ũ grege, de leg. 1. & per Inno. in c. grauem, in glo. in uersi. consiliarios, de sent. excom.
f Seb. Sap. Interdici potest. Vide aliquid per Fel. in c. eam te, supra de rescrip. col. 11. ubi alleg. Dom. in c. sicut uir, col. 7. q. 1. dicentem, quod excommunicatio non ligat, nisi ueram personam, non autem uniuersitatem, quæ dicitur ficta persona,
g Conclude. Adde pro ista conclu. uidenda in apost. meis ad istum, in ca. cum in cunctis, §. clerici, in uersi. electione facienda, nume. 1. ibi in §. ultimo in apostil. mea in uersi. ad metropolitanum. supra eo. ubi plene dixi quando postestas eligendi, ad papam, & quando ad superiorem proximum deuoluatur.
h Seb. Sap. Episcoporum electionem. Vide Firm. in prælle. tract. de episcopo in 3. parte, lib. 1. q. 47.
i In pauciores. Adde Rom. consi. 352. I ap. alle. 68.

SVMMARIVM.

1 *Commendatarius. i. qui habet in commendam aliquam ecclesiam, debet de fructibus prouidere illi ecclesiæ circa cultum diuinum, & superabundantes tenere pro suo sustentaculo.*
2 *Possessorium datur etiam pro iuribus incorporalibus, quibus aliquis est spoliatus, & nu. 12.*
3 *Parochiani non habent ius præsentandi, nisi sint patroni, vel nisi sint in quasi possessione.*
4 *Pleno iure intelligitur, quando alius non habet facere, nisi ipse.*
5 *Eligentes sufficit, quod sint in quasi possessione eligendi; licet nullum aliud ius habeant.*
6 *Laicus, etiam ex consuetudine non habet ius eligendi, ubi est quid spirituale. Patronus eligens aliquem, potest resilire ante præsentationem.*

7 *Papa non potest recusari ut suspectus.*
8 *Condemnatus nomine alicuius collegii, transmittit condemnationem in successorem in illo collegio.*
9 *Ius præsentandi clericum in aliqua ecclesia, an sit præscriptibile.*
Laicus, an præscribat ius patronatus.
Ius patronatus dicitur quid spirituale, & quare acquiratur.
10 *Sententia utrum debet concipi in persenam procuratoris, uel domini.*
11 *Coniuncta persona non potest solui.*
Coniuncta persona agit sine mandato, præstita tamen cautione.
13 *Excommunicatus iniuste potest petere, ut ante omnia restituatur ad pristinam communionem.*
14 *Soluens omni anno certum quid, utrum per hoc inciderit in obligationem alicuius.*
15 *Interdictum, unde ui, licet non detur nisi ad immobilia, tamen datur ad mobilia uenientia accessorie.*
Interdictum, Vnde ui, aliud est directum, & aliud utile.

CAP. XXIIII.

Querelam. Sufficit electio, ad obtinendum, docere eligentem fuisse in quasi possessione tẽpore electionis licet non probet, ꝙ proprietas iuris eligendi ad illũ pertinet. h. d. Primo ponitur facti narratio. Secundo causæ diffinitio, ibi, [Nos igitur. Prima pars tria facit. primo narrat causæ ꝓmissionem. Secundo duplicẽ actoris petitionem. Tertio rei rñsionem. Secunda duo facit. Nam primo diffinit primum articulum cum expressione causæ, & quadam determinatione. Secundo diffinit f m articulum, cum eadem determinatione. Casus lit. Populus S. Saluatoris, eũ esset in quasi possessione præsentandi rectorẽ in ipsa ecclesia, P. ꝑsbyterum elegit in rectorem S. Saluatoris, & per Cardinalem S. Susannæ, fuit installatus in ipsa. G. tituli S. Vitalis præsbyter Cardinalis per œconomum ecclesiæ S. Agathæ, cuius Cardinalis ipse est gubernator, mouit qõnẽ ꝺ. d. P. presbyterum super eccl. S. Saluatoris. cã illa fuit commissa domino Inn. per Cœlestinum, dum erat Cardinalis, coram quo petebat æconomus S. Agathæ, dictum presbyterum ab eccl. S. Saluatoris remoueri, quam occupauerat in præiudicium ecclesiæ S. Aga. & iniuriam Cardinalis, cum ipsa eccle. S. Aga. pleno iure, petebat insuper pensionem 16. denariorum Papiẽ. debitam ecclesiæ S. Aga. pro ecc. S. Saluatoris, sibi restitui, de nouo subreptam. Ex aduerso respondit presbyter prædictus, ꝙ ipse nullam iniuriã fecit Cardinali, nec in præiudicium eccl. S. Aga. receperat ecclesiam S. Saluatoris, cum eccl. S. Saluatoris nullo iure pertineat ad ecc. S. Agathæ, nec sibi de leat reddere aliq̃ pensionem, sed p electionem populi, ad quem pertinebat de antiqua consuetudine, & per Cardinalem S. Susannæ, ad quem ipsa eccl. pertinet fuerat institutus. Lit. cont. ꝙ recceptis probationibus hinc inde, mortuo Cœlestino, succesit ei Inn. Ipse, rõnib. vtriusque partis inspectis, absoluit dictũ præsbyterum ab imperitione œconomi S. Agathæ, super ele. & institutione facta de ipso in ecc. S. Saluatoris, imponendo silentium super his œconomo S. Aga. quia constitit, ꝙ populus S. Saluatoris erat in quasi possessione præsentandi clericum, qñ ipsum presbyterum elegit ad illam, & eccl. ipsa spectat ad titulum S. Susannæ in spiritualib. pleno iure salua qõne iu. patinter eccl. S. Aga. & populum eccl. S. Saluatoris. Itẽ quia cõstitit, ꝙ pensio 16. denariorum Papiẽ. monetæ fuit soluta eccl. S. Agaannuatim pro eccle. S. Saluatoris, & per multa tempora, sed de nouo subtracta, restituit ecc. S. Aga. in eundem statum percipiẽdi prædictam pensionem ab ecc. S. Saluatoris in terminis, & condemnauit prædictum presbyterum ad solutionem pẽsionis subtractæ, salua qõne proprietatis inter ipsas ecclesias. B. No. j. quod Cardinalis vltra proprium titulũ, hẽt qfiq; ecclesiam in gubernationẽ, cuius dr gubernator legitim⁹, & pro ea põt agere, & defensionẽ subire, tanq̃ legitimus ecclesiæ gubernator. Alibi tñ iste gubernator appellatur procurator cum libera, vt in c. cum nobis in fi. s. e. quandoque appellatur visitator, vt in c. is cui, ĵ. eo. li. 6. qñ que commendatarius, vt in c. nemo, eo. ti. & li. Vnde quo ad potestatem agendi, & procurandi bona ecclesiæ, non puto, ꝙ inter prædictos modos sit dria. † Cardinalib. tamen solet eccle. concedi in commendam, seu gubernationem, vt ex fructib. qui supsunt, deductis necessariis expensis, possint congrue sustentari, liquos, de quo per glo. & Doc. in d. c. nemo. In hoc tamen, a iudicio meo, multum errant habentes istas ecclesias in commendã, seu gubernationem, quia debent tenere ecclesias illas in priori statu nec diminuere cultum diuinum solitum, & ex fructib. superextantib. deductis expensis pro statu solito, debent sustentari. Ad hoc vide Inno. in c. pastoralis, ĵ. de priui. vbi dicit, quod si religiosis conceditur aliqua eccl. vt conuertant fructus illius in ꝓprios vsus, intelligitur concessio facta modo prædicto, vt s. ecclesiam teneant in priori statu, quia non est verisimile, ꝙ papa fecerit cõcessionem in præiudiciũ diuini cultus. Fortius ergo prædicta interpretatio debet habere locum, quando ecc. conceditur Cardinali, vel alteri in cõmẽdã, vel gubernationẽ, vt prædixi. Itẽ no. 2. ꝙ ꝺ clericũ possidentem ecclesiã põt rogi ciuiliter, vt remoueat de illa eccl. tanquam non ltime institutus. Is ergo ad cuius collationem, vel prouisionem ista eccl. pertinet, potest agere, vt clericus inde remoueatur, & per eum legitime ordinetur, facit ca. 3.
2 de insti. † Tertio no. & tene menti ad hoc istum tex. ꝙ pro pẽsione nouiter subtracta, solita annuatim præstari, potest agi possessorio iudicio, b ad ipsius restitutionem, & probata pensione, seu solita prestõne, dẽt actor reduci in eum statũ, ĩ quo primo erat, licet nil doceat de proprietate iuris, pensionẽ illam percipiendo. Et in hoc iste tex. solet multũ allegari. Et ex hoc, & ex tex. collige,
c ꝙ pro istis iurib. incorporalib. põt agi iudicio possessorio. c Et no. ꝙ eo ipso, ꝙ pensio solita non soluitur, vr quis spoliari facultate, seu possessione percipiendi, aliter autem non contingit in huiusmodi spoliatione, quod intellige f m Inn. quando pensio fuit petita, & debitor recusauit soluere, non pp impotentiam, sed pp iniquitatem, ad quod facit, ꝙ no. Inn. in c. suborta, de re iu. vbi dicit, ꝙ subditi videtur spoliare dñm quasi possessione iuris, eo ipso, ꝙ recusant sibi obedire. Not. ibi, [Per electionẽ populi ad quẽ de consuetudine, &c.] iunct. tex. ibi, [in quasi possessione præsentandi &c.] hic apertum pro opi. Inn. in c. cum inter, in fi. ĵ. de except. ꝙ populus, seu parochianus alicuius ecclesiæ, non habet ius præsentandi clericũ, ex eo, quia sunt parochiani, nisi alias essent patroni. Quod etiam sequitur Io. And. in c. vnico. ĵ. de cape. mo.
d li. 6. vnde si ecclesiæ non appareat patronus, præsumitur libera, d & ius instituẽdi pertinet ad episcopũ, non aũt possunt parochiani sibi ius vendicare præsentandi, nisi alias essent in quasi possessione præsentandi, seu de antiqua possessione ad eos pertineret præsentatio, vt hic in tex. Et in hoc solet adduci iste tex. pro singulari ad probandum, ꝙ potestas præsentandi rectorem, est præscriptibilis, etiam per populum ipsius ecclesiæ, in quo tamen sunt
3 opi. contrariæ, vt ĵ. iubricã. † No. ibi. [Tanquam capella tuo titulo, iunct. text. ibi.] In spiritualibus pleno iure. Iar. opt. ꝙ Cardinalis habet ius epale, e respectu iurisdictionis in titulo suo, & in capellis subiectis tit. Ad quod facit, c. is, qui, & quod ibi dixi, de ma. ob. e. quod etiam tenuit Io. An. in c. vnico, eo. ti. lib. 6. Et opti. facit hæc litera in eo, ꝙ papa dicit istam capellam S. Saluatoris, tanq̃ subiectam titulo S. Susannæ, ipectare ad Cardinalem pleno iure
4 in spiritualibus. Tunc enim ecclesia dicitur ad aliquem pertinere pleno iure, quando ipse, & non alius exercet ibi iura episcopa
5 lia, vt in c. quoniam, & quod ibi no. ĵ. de priui. Item not. quod ad validitatẽ electionis, seu præsentationis, non requiritur necessario, quod eligentes, seu præsentantes habeant ius eligendi, vel ꝓ-
f sentandi, sed satis est, quod sint in quasi possessione f eligendi, vel præsentandi, concor. c. consultationibus, ĵ. de iure pa. Itẽ quod validitatem collationis, vt in c. cum olim, de cau. pos. & propri. Et ratio est, quia præsentatio, collatio, & electio, sunt quasi fructus iuris eligendi, præsentandi, & cõferendi. Vnde quemadmodum fructus rei temporalis pertinent ad possessorẽ bonæ fidei, & non ad dominum rei, vt l. bonæfidei, ff. de acquire. do. no. in c. grauis, de restit. spo. ita isti quasi fructus debent pertinere ad eos, qui sunt in quasi possessione, de quo plene no. in d. ca. consultationib. & in ca. 2. de in int. rest. vide, quod ibi dixi, & ad hoc solet
6 quotidie alle. iste tex. † Item no. quod præsentatio patroni largo modo potest dici electio. Nam prius eligit clericum, & eum electum presentat episcopo, vel alteri superiori. Non est tamen stricto modo electio, quemadmodum fit per clericos ecclesiæ collegiatæ, quia talis electio non potest cadere in laicum, etiam de antiqua consuetudine, vt in c. Massana, & in c. sacrosan. infra eo. & capi. nobis, infra de iure pat. Est enim electio merum ius spirituale contribuens ius prelaturæ, & administrandi, saltem in habitu, vt no. glo. in capitu. quanto. 62. distin. & per eam initiatur matrimonium spirituale, vt in c. cum inter canonicos, supra eod. & c. fi. de transla. epi. Sed per præsentationem non contrahit aliqd
8 rium, 20.q.1.c.vidua. & 27.q.1.omnes fœminæ Et ex prædictis † infero ad aliam q. quid econuerso, nunquid tacite professus, possit instare, vt monasterium compellatur, cum recipere ad professionem expressam? & dicendum, q̄ sic. Nam vtriusq; ex professione tacita, est orta obligatio. Nam ipse est obligatus monasterio, & monasterium sibi. Acquisiuit enim in ecclesia per professionem tacitam, ius monachatus & collegij, vnde non potest sine causa amplius inde expelli, facit c.fi. de reg. Item interest sua, vt expresse profiteatur, cum alias non possit promoueri ad aliquam prelatu ram regularem, vt in d.c.nullus, & c.indemnitatibus, eod.titu. & lib. Facit c.cum singula, de præben.li.6. Hanc opin. q̄ possit insta re, vt recipiat ad professionem expressam, firmauit Io. And. in addit. Spe. in tit. de senten. & re iudic. §.6. V bi etiam quæritur, quid de nouitio, qui stetit per annum in monasterio in habitu nouitiorum, nunquid possit agere vt monasterium recipiat eum ad professionem? Et ibi refert Hostien. tenuisse q̄ sic, nisi monasterium habeat aliquam iustam causam contradicendi. Et hæc opi. mihi placet. Nam ex quo monasterium recepit illum in nouitiū, tacite videtur sibi obligasse, vt in futurum recipiat illum in monachum, (cuius causa non contradicit, arg.in d.c. ad apostolicā, de reg. Dicit tamen Host. vt ibi refert Io. And. idem esse in eo, qui stetit in monasterio per annum, tanquam frater, habitu non mutato. Nam videtur intrasse, vt saluaret animam suam. Et monasteria ad hoc sunt principaliter fundata, vt recipiant volentes eorū animas saluare, licet Ioan. And. videatur hic certo modo dictum Host. interpretari, tamen ego puto, q̄ in hac materia possumus considerare aliquos casus. Primus, quando laicus, vel clericus, qui nunquam fuit in monasterio, instat vt recipiatur in monasteriū, tanquam monachus, vel conuersus, sed monasterium sibi contradicit. Secundus casus, quando intrauit vt nouitius, & stetit ibi per annum, & tunc instat, vt recipiatur ad professionem. Tertius casus, quando est tacite professus, & petit vt recipiatur eius professio expressa. Quartus casus, quando fuit receptus vt cōuersus, & tunc instat, vt recipiatur tanquam monachus In primo casu putarem, q̄ possit iste quærens monachari, implorare officium superioris, vt compellat monasterium ad recipiendum eundem. Et debet superior hoc facere, nisi monasterium habeat iustam causam contradicendi, quam allegare tenetur, quia monasteria ad hoc fuerunt principaliter fundata, vt recipiāt omnes clericos vel laicos volentes transire ad frugem melioris vitæ. Superior autem potest compellere inferiores, vt debeant vti read vsum destinatum, sicut compellit rectorem hospitalis ad hospitalitatē obseruandam. Et vt recipiat tot pauperes, quot possunt ibi sustētari, vt in clemen. quia cōtingit, de rel. do. facit c.de Xenodochiis, & c.ad hæc, eod.titu. infra de institut. c.1. & quod leg. & no. in c.ex parte Astensis, in fi. de concel. præben Adde ad prædicta in simili, gl. no. in c. sicut 47. dist. quæ dicit, pauperem posse implorare
c officium Epi, vt compellat [c] ad faciendum sibi elecma-
f synam, [f] quam gl. tenet menti. Secundo casu, & tertio, dic, vt supra dixi In 4.ſ.de conuersō, credo q̄ ex quo semel fuit receptus in conuersum, non possit amplius instare, vt collegium teneatur ipsum recipere in monachum, quia eo ipso, q̄ fuit effectus conuersus, fuit effectus quasi seruus monasterij, ut dicit glo. sing. in c. vt lex continentiæ. 27.q.1. Adeo, vt ſm illam glo. non habeat facultatem intrandi religionem arctiorē, & no. sing. hoc viti. Nec
9 sub est causa saluandi animam, cum eam possit saluare tanquam conuersus, & alia sunt iura conuersorum, alia monachorum, facit c.ex eo, in fi. infra eo. lib.6. † In glo.2. ibi, [diuersæ professionis in vno officio &c.] Contra hoc c.facit c. Deus qui, infra de vita & honest. cler. vbi homines disparis professionis fuerunt associati in eod. officio prædicandi. Item religiosus potest esse de licentia Abbatis sui, vicarius Epi, cum illud officium sit curatū, vt in. Io. And. in clem. & si principalis, de rescrip. & Archid. in c.in no ua actione. 16.q.7. Sol. dic, q̄ professio potest sumi stricte. Nam stricto modo duæ sunt professiones in mundo, vna laicorum, altera clericorum, vt in c.duo sunt genera. 12.q.1. Et hoc modo homines disparis professionis non debent sociari in eodem officio. Et de hac disparitate loquitur tex. in d.c. in noua, vbi dicitur,
g q̄ laicus non potest esse vicarius Episcopi. [g] quia est alterius professionis, quod tñ intellige, vt no. in c. Ioannes, de testa. ubi habetur, q̄ clericus, & laicus possunt esse simul executores alicuius testamenti. Sed professio clericorum postea distinguitur inter clericos, & monachos, &c. Et isti clerici & monachi non possunt associari, vt sint in eodem monasterio collegialiter, vt in clem. eod. tit. An autem possint coniungi collegialiter in ecclesia seculari, vt religiosus sit ibi prælatus, vide bo. gl. in d.cle.1. & dixi in clemen.1. capitulo, quod Dei timore. Ad alia vero officia bene possunt per superiorem associari causa suggerente, ex quo non faciunt vnum collegium reale, vnde in scholis religiosi, clerici, & laici possunt facere eandem vniuersitatem, ex quo omnes vacent studium eis competens, nec est collegium reale, sed potius personale quod sentit Barto. in l.fi.ff. de colle.illi. facit tex. in prōsexti, & clemen. vide de hoc quod dixi in quadam disputa. quæ incipit, Gandulphus &c.

ADDITIONES.

a Omnino. Vide Ale. consi. 88.3.li.
Ant. Fran. Adde, q̄ ista dictio, omnino, habet significationem præcisam. l. ſpiriter. §.fi. ff. de aqua pluuia arcen. Et vide gl. fing. secundum Bal. in l.1.&.fi. ff. de cuniam. ff. depo. quę dixit, quod importat ipso iure, & ibi vide gl. in verbo omnino, & vide gl. in clem.1. de uita & honest. cler. & glo. in c.& si Christus in ver. omnino, de iureiur. & vide gl.1. in c.dudum, de conuer. coniug. & in l. fin. ce.§. illud ff. de fideiuff. & vide gl. in cle. ut hi, qui. de ęta. & quali. quę dicta quod hęc dictio, omnino, excludit omnem dispensationem, & vide Archid. in c.2. de pac. in 6. ubi dicit, q̄ si lex, vel statutum dicit iuramentum omnino obseruari debere, quod excluditur facultas petendi relaxationem a tali iuramento, pro quo vide Imo. in c.cum contingat. in 2. char. de iureiuran. vide tex. in h. fi non fortem. §. indebitum. ff. de condi. indeb. ubi probatur quod si adiungatur dictioni negatiuę, puta, quia dicatur, omnino: non exponitur, id est modo, quę omnia tene menti.
b Cum regularibus. Adde Alb. consi.11. de statu. regul.
c Regulares clerici. Istud videtur contra tex. in cle.1. de electio. sed solue, vt per Illustrem dominum meum Rochum Curtium in c.fi. col.38. post medium. Quæ pra de consuetu. vbi dicit, quod disparis professionis non possunt etiam de consuetudine sociari in eodem monasterio, nisi habeant collegia diuisa & separata, ut [ecclesia diui Ambrosij Mediolani, & in ecclesia diui Augustini Papię, & hoc etiam sentit dom. Abb. hic in fi.
d Professionem. Adde, ut hic per Calder. consi. 5. & 15. de regu.
e Seb. Sap. Compellat diuitem. Vide Card. Ale. in c. non satis. 86. diff. Bal. in l. furioſi C. de nup. Fel. in c.1. de offi. iu. ubi etiā dicit, quod adduocati publici cogi ad patrocinium gratuitum pro pauperibus, & Doctores ad consultandum, & medici ad medendum.
f Zac. Ad faciendum sibi eleemosinam. Adde hoc expresse tenuisse Spe. in tit. de loc. §. nunc vero aliqua. ver. 68. vbi ple. & Card. in cle.1. §. ideo. de relig. & venner. sancto. & Host. in sua Sum. de pœ. §. si quis.
g Zac. Non potest vicarius Episcopi. Adde quod licet non possit laicus esse vicarius Episcopi, ut hic, & per Doct. infra alleg. Potest tamen esse illius assessor, & consultor, ita no. Imo. & But. post Inn. in c. decernimus. de iu. & Lanfran. de Oria in tract. de arb. in 2. parte. ad fi.

CAP. XXVIII.

Quod sicut. Nominatio, vel appellatio eius, cuius nō interest, electionem non impedit, sed illi vocandus contemnitur, eo prosequente contemptum, cassatur electio, etiam confirmata, & potest prosequi, nisi consenserit electioni, quod potest etiam ex postfacto. h.d. vsque ad §. super eo. & hæc prima pars ponit tria, quæ obijciebantur contra formam electionis, & pertinet ad primam partem rubricæ. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio non acquirit aliquod ius nominato, & quotuplex sit.*
2 *Electio Episcopi in quo loco fieri debeat, & alio loco facta non tenet.*
3 *Contempti possunt cassare electionem, etiam post confirmationem, & consecrationem. 15.*
4 *Episcopus in die consecrationis, non potest ordines conferre, sed Papa sic, & vide de hoc in summario. 3.*
5 *Prælatus sine iusta cā non potest bona ecclesiæ vendere, etiam cum consensu cleri & populi, alias tenetur de suo.*

Patronus

6 *Patronus non potest uendicare ex consuetudine ius interessendi in electione Episcopi, quia consuetudo non facit laicum capacem iuris spiritualis regulariter.*
7 *Princeps laicus potest ex iusta causa resistere electioni factæ per Papam.*
8 *Vocatus ad aliquam rem quis non præsumitur, nisi probetur.*
9 *Electio nulla, non potest per superuenientem consensum confirmari. 16.*
10 *Ratihabitio habet locum in spiritualibus.*
11 *Successor non potest agere de contemptu prędecessoris.*
12 *Missa, an sit de substantia collationis ordinum.*
13 *Ordines sacri non debent conferri extra quatuor tempora, de quo vide hic.*
14 *Prælatus iniuste alienans res ecclesię, non euitabit pœnam, etiam quod velit ecclesiam indemnem seruare.*

§. Super eo. Hoc dicit. Episcopus, dum celebratur missa consecrationis suæ, vel Archiepiscopus ante receptum pallium, ordines conferre non debēt. h.d. vsque ad ver. [Quod autem.] qui non summatur, tum propter diuersitatem lecturarum, tum quia non facit ad titulum. Et ista secunda pars ponit alia tria, quæ obijciebantur contra personam promoti, & sic quælibet pars diuiditur in tres partes principales quæ satis patent in litera. Casus literalis, Vacante ecclesia Armachana, quidam Abbas electus fuit in Archiepm ecclesiæ Armachanæ, & postmodum confirmatus & consecratus, Eps & Abbas quidam opponebant se huic electioni. Legatus Apostolicæ sedis, coram quo prædicti se opponebant, inquisiuit de modo ipsius electionis, & de persona electi, quia multi proponebāt tam contra personam q̄ formam electionis & inquisitione facta, in uenit plura tam contra electionem, quām contra personam electi, dubitauit Cardinales, quid sibi esset faciendum. consuluit papam, & ipse respondit ad illa, quæ contra electionem proponebātur. Primo, quædam electio dicebatur facta de tribus, sed illa videtur potius nominatio, quam electio, vnde nihil iuris acquisitum fuit nominatis, & ideo licite potuit procedi ad electionem celebrandam in ecclesia, & papa dicit, q̄ appellatio, illam electionem non potuit impedire, quia nihil attentatum fuit in præiudicium Regis, quia non nominatio, sed electio solennis debet principi p̄sentari, vt suum præstet assensum, tanquam patronus, licet quandoque per vsurpationem in contrarium fiat. Tertium fuit, quia dicti Eps & Abbas contempti fuerunt, vt dicebant. Dicit papa, si electioni interesse debuerunt, & ipsi non contempti, sed vocati fuerunt, dummodo sine periculo potuerint vocari, siue nequierint, siue noluerint ad electionem celebrandam venire, ipsorum absentia electionem non potuit impedire. Si vero non fuerint vocati, sed contempti, cassari debet electio, nisi postea pro bono pacis, voluerint consentire. Super eo vero, q̄ in die suæ cōsecrationis antequam missa finiretur, a colytum ordinauit, pro tanto excessu castigetur, quia solus Romanus pontifex, qui ante hymum Angelicum consecratur, & postmodum missam incipit & perficit, consecratus, potest ordines celebrare. Alij vero, qui in rer Epistolam & Euangelium consecrantur, quia epi consecrati conce ebrant principaliter celebranti, non debent tunc ordines celebrare, ne diuidatur mysterium vnitatis. Præterea non licet Archiepo, sine pallio, conuocare concilium, conficere chrisma, dedicare basilicas, ordinare clericos, & Epos consecrare, & ideo multum præsumit qui antequam impetret pallium, prædicta præsumit, cum non tanquam Eps, sed tanquam archiepūs facere videatur. Super eo vero, q̄ tabulam argenteam alienauit dummodo ecclesiam reddat indēnē, æquanimiter poterit præteriri, cum hoc processerit de cleri, & populi voluntate. B. Et ex prædictis potes colligere modum ponendi casum literalem. Nā facta electione de quodam promouendo in epm in ecclesia Armachana, secuta illius confirmatione, & consecratione, instabāt aliqui, vt iste archiepūs deberet dcijci, ad cuius deiectionem allegabant tria cōtra personam papa, auditis alle. vtriusque partis, decreuit, & mandauit, vt in litera continetur. No. 1. q̄ nominatio largo modo, potest appellari electio. Nam is qui nominat aliquem eligendum, quodammodo prius illum mente eligit, sicut dicimus in præsentatione, quæ hoc respectu quandoque appellabatur electio, vt in querelam, supra eo. † Et no. q̄ per nominationem, nullum ius acquiritur nominato. Item, q̄ nominatio potest fieri de pluribus nec talis nominatio impedit electionem de alio faciēdam. Scias tamen pro clariori intellectu huius c. triplicem esse nominationem. Nam quædam nominatio est minus solennis, quæ fit de alio eligendo, vt quando aliqui proponuntur in collegio tāquā boni viri, vt de eis fiat scrutinium, & de hac nominatione loquitur iste tex. Per hāc. n. ius nō acqrit nō. atis. Vñ pōt collegiū post nōminationem istorum electorum, transire ad electionem alterius, vt hic. Quædam est nominatio, quæ fit in scrutinio electionis, & per talem nominationem nudo verbo, non acquiritur ius nominato, ar. c. fi tibi absenti, de præb. li. 6. Sed is qui nominauit, nō pōt amplius variare, si dignū nominauit, & hoc publicato scrutinio, prius autem videtur, q̄ possit, vt in c. publicato, infra eod. Quædam est nominatio solennis. l. cum duo vel plures nominantur principi, & petitur, vt ex his eligat vnum, & ex hac nominatione etiam non acquiritur ius nominatis, sed nominantes non possunt variare, ex quo illam nominationem præsentauerunt superiori, sicut dicimus in postulatione, & hoc vltimum voluit Host.
a
2 in c. bonæ. il 1. de postu. præl. † No. 2. ibi, [In cathedrali ecclesia
b] & tene menti in hoc istum tex. q̄ electio episcopi, debet fieri ſm ius, in ecclesia cathedrali, si fieri potest. Et in tantum gl. in c. in nomine, dñi. 23. dist. huic dicto vł inniti, vt teneat electio nemalibi factam, cessante legitima causa, non valere, & tene menti illā glo. quia non probatur aperto iure. Et potest adduci iste tex. in contrarium, dum dicit, præsertim in ecclesia, &c. ergo & extra ecclesiam valeret electio facta. Host. tamen in c. cum terra, §. eo. no. allegans istum tex. dicit, q̄ si consuetudo disponit de certo loco, stā dum est consuetudini. Alias non est vis, vbi fiat electio, dummodo in loco clericis honesto, ar. in l. pen. ff. de iust. & iu. Hoc dictum Host. vł contra istum tex. vbi cessante consuetudine dicitur, q̄ secundum constitutiones canonicas, debet electio fieri in ecclesia cathedrali. Potest tamen saluari dictum suum, q̄ non est vis, vbi fiat. ſ. dummodo fiat in ecclesia cathedrali. Nam potest fieri in choro, vt in c. cum nobis, supra eo. Item potest fieri in capitulo, vt in d.c. cum terra. Et in similibus locis honestis intra ambitū ecclesiæ, ar. c. qua fronte, de ap. Si autem cessante causa legitima fieret extra ambitum ecclesiæ cathedralis, non valeret propter authoritatem præl. gl. quia factum ꝓtra legem non debet habere firmitatem, vt in reg. quæ contra iuis, de reg. iu. lib. 6. & in l. non dubium, C. de leg. & in c. 2. infra de test. Et ad dictionem, [præsertim.] hic positam, dic, q̄ debeat intelligi ſm verba sequentia, vt distinguatur, an fieri possit in ecclesia, vel nc. No. 3. q̄ in electionibus prælatorum, non debet de iure prius requiri regius cōsensus, etiam rege ipso hoc postulāte, ne electio aliter fiat, quod procedit etiam si Rex sit patronus ecclesiæ, vt no. in glo. 3. No. 4. in
c ver. [Si autem,] q̄ de iure speciali, [c] potest epō, & Abbati competere potestas interessendi electioni faciendæ de Archiepō, facit c. scriptum, infra eo. & c. cum ecclesia Sutrina, de cau. pos. & pp. & sic possunt in actu electionis, conuenire iure speciali homines disparis professionis, facit ad ea, quæ dixi supra eod. c. proxi. No. 5. q̄ quemadmodum debentes interesse electioni de iure communi, non sunt vocandi absentes, si commode vocari non possunt, vt infra eo. c. quia propter, ita nec absentes, debentes interesse, iure singulari. No. 6. q̄ vocatio absentium, non est de forma substātiali ipsius electionis. Nā, vt hic apparet, valet electio facta aliquibus non vocatis, licet veniat retractanda, contemptis prosequentibus cotemptum. No. 7. q̄ electio facta aliquibus de capitulo cō temptis, non est indifferenter cassanda. Nam possunt contempti
d renunciare contemptui, & consentire illi electioni, [d] dummodo
3 a principio tenuerit. † Et no. sing. istum tex. q̄ ratione contēptus aliquorum, cassari potest electio, etiam post confirmationem, & consecrationem electi, quod tenent hic Doct. & satis probatur per istum tex. Quod samen intelligas, quando contempti nō fuerunt præsentes, tempore quo fuit emissum edictum pro confirmatione facienda. Aliās autem tacentes, non possunt amplius cō tradicere, vt in c. fi. infra eod. lib. 6. tenet Ioan. And. in c. 2. de his, quæ fi. a præla. Si autem non est facta adhuc confirmatio, dic q̄ debent isti præsequi contemptum intra tempus datum eis ad eligendum. Idem dic in contemptu in actu collationis, vt intra sex menses, qui dantur ad conferendum, possit prosequi contemptum, arg. in c. 2. de concess præben. & hoc tenuit Host. in d. c. 2. & ita limita istum tex. generaliter loquentem, qui non solet hic in
4 hoc declarari. † No. in ver. [Super ea,] q̄ solus papa potest ordines conferre, in die consecrationis suæ. Item no. ex ver. præterea, q̄ ante receptionem pallij, non potest Archiepus, quantumcunque cō secratus, exercere ea quæ sunt ordinis epalis, nec alia q̄ sunt magni ponderis, vt conuocare concilium prouinciale, & similia, & vide quod no. Inn. in c. suffraganeis, supra eod. No. ibi, [non tanq̄ simplex Eps] q̄ quilibet Archiepus est Eps, tamen exercendo actū,
e vł in dubio exercere vt Archiepus, [e] & non tanq̄ simplex Eps. Facit in arg. hæc litera, q̄ valens actum exercere ex duplici potestate, [f] vł actum exercuisse prætextu maioris potestatis, facit l. 3. ff. de
mil.

ADDITIONES.

a Superiori. Adde Calder. consi. 5. de elect.
b Zac. In cathedrali ecclesia. Tu adde videndum, ubi electio fieri debeat, per Card. Manda. in suo tract. de ele. part. 1. c. 29. & ibi glo. in ver. 2. cum ibidem in c. 5. 1. in gl. in ver. in eo loco. per istum in c. in cuius. col. 2. ver. no. ibi, qui remanserant, & infra eod. Card. Ale. in c. 1. col. 6. in prin. ver. glo. super ver. in urbe. 13. diff. & Philip. Franc. in c. ubi periculum, in prin. in 7. no. & in §. 1. in fi. eod. tit. lib 6.
c Iure speciali. Adde quod uoluit Rom. consi. 333. in pe. col.
d Illi electioni. Adde, ut per Oldra. consi. 64.
e Vt Archiepiscopus. Adde quod pulchre uoluit Roma. consi. 343.
f Seb. Sapia. Duplici potestate. Facit quod no. Roma. in l. quamquam. C. de testa. mil. ubi dicit, q̄ qui habet potestatem ordinariam, & delegatam, in dubio iudetur uti ordinaria potestate, & illud etiam sequitur ibidem Cor. Peru. Sed multa possent adduci in contrarium ad probandum, q̄ etiam actus uidetur in dubio celebratus secūdum minorem potestatem potest colligi ex his, quæ cumulat domi. Lancellotius Galliaula in l. Centurio, in 2. no. ff. de impub. & aljs subst.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mil. testa. † Vlti. no. in ver. [qꝫ aũt] qꝫ consensus cleri, & populi, nõ sufficit, vt bona ecclesiæ sine iusta & canonica causa alienentur. Pro hoc c. sine exceptione. 12. quæst. 2. & melius infra de immunita. eccle. in c. aduersus, in ver. propter imprudentiam. Et no. bene istum tex. contra prælatos, qꝫ collegia, quæ quandoque ad petitionem dominorum temporalium, tempore guerræ alienant
a rimonio ecclesiam conseruare indemnem, [a] facit c. de multa, in
6 fra de præben. † In gl. in ver. [Impedire,] ibi, [non obstante aliqua consuetudine.] No. bene gl. qꝫ laicus etiam patronus, non potest ex consuetudine sibi vendicare ius interessendi electioni prælati. Nam consuetudo non facit laicum capacem iuris spiritualis, vt in cap. causam, de præscript. Dices tu, quare patronus potest præsentare rectorem ecclesiæ non collegiatæ, & non sic eligere prælatum vna cum clericis ipsius ecclesiæ collegiatæ? Sol. dicit Com post. post Inno. qꝫ electio est actus mere spiritualis. Nam per illã transfertur ius prælaturæ, sitem in habitu, in electum, & contra-
b hitur matrimonium spirituale, vt not. gl. in c. quanto. dist. 63. [b] facit tex. in d. c. cum inter canonicos, supra eod. Laicus autem nõ est capax exercendi hæc iura spiritualia, nec ecclesia voluit patronum facere capacem, licet bene hoc potuisset, si voluisset. Nam Imperatori, & multis Principibus ecclesia concessit, alias, ius eligendi, & pferendi, vt in c. Adrianus. 63. dist. q. tñ priuilegia, tractu tpis ecclesia reuocauit, vt in c. q. 3. §. verũ. ead. dist. Sed p̃ presentationẽ nõ trãsfert ius p̃laturæ, nec p̃hitur matrimonium spirituale, sed est quoddam præambulũ ad institutionẽ obtinendam, ex quo prouenit ius tituli, & prælaturæ. Vnde licet laicus nõ esset ex se capax, ẽt huius iuris p̃sentandi, vt in c. quanto, de iudic. tñ ec clesia, voluit cũ patrono, i hoc iure nõ magnæ importãtiæ dispẽsare, vt laici inducerentur ad fundationem, & donationem ecclesiarũ. Et intellige, qꝫ iste Rex ex patronatu, vel consuetudine, volebat, vt in electione requireretur ipsius p̃sensus, de iure aũt pete re non poterat, per c. nobis, de iure pat. qa p̃sensus patroni debet requiri post electionem factã, vt ibi, nec ẽt de consuetudine pote rat hoc sibi cõperere, quia p̃suetudo nõ potest eum facere capa-
7 cem, vt s. dixi. † Dicit tñ hic Iung. Inn. posse ex p̃suetudine introdu-
c ci. vt mors [c] prælati nũcietur principi, & ab eo petatur lñia eligendi prælatum, ita qꝫ aliter electio facta non teneat. Interest. n. principis, ne eligatur aliquis sibi suspectus, qui possit reuelare secreta regni sui, arg. in l. omne delictũ, in §. exploratores. ff. de re mil. Vnde alibi dixit Inn. qꝫ ɔ electionem factam potest Rex obiicere, qꝫ habet Ep̃m electũ suspectũ, rõne prædicta. Et si potuerit hoc probare, debet electio retractari, vt ipse no. in c. super his, ɔ. de accusa. Ex quo dicto no. Sing. qꝫ ex prædicta causa suspicionis, põt princeps secularis non admittere prælatum institutum per papã. Aduerte tñ, qꝫ ɔ præcedens dictum Inn. vr̃ facere multum iste tex. in ver. [Et si secus aliqñ per vsurpationem.] Vbi innuitur, qꝫ contrarius vsus est potius abusus, & sic videtur, qꝫ non possit induci cõsuetudo, vt electio retractetur ex eo, qꝫ non fuit petita a principe licentia eligẽdi. Pro hoc facit, quia aliquo modo impeditur libertas eligendi, facit c. cũ terra, ɔ. eo. Dictum tñ Inn. solet cõiter tene
8 ri. † In gl. in ver. [quod si eos vocatos &c.] no. ex fi. gl. qꝫ etiam in actibus extraiudicialibus, non præsumitur quis vocatus, nisi probetur. Pro quo optime facit c. Albericus, de testi. & c. sacro, de senten. ex com. Item ista vocatio est quædam solennitas extrinseca. quæ nõ præsumitur nisi probetur, vt plene no. in l. sciendum, ff. de verb. oblig. & per Inno. in c. innotuit. de eo, qui fur. or. fusce.
9 † In gl. in ver. [consentire.] ibi, [sed ɔ̃ j. eo. c. auditis.] Gl. non soluit contrarium, sed solutio vera est, qꝫ aut electio tenuit, quia fuit facta præsentibus duabus partibus collegii, & a maiori parte & tũc potest rata haberi per contemptos, quia per consensum istorum non conualidatur electio, sed solum defenditur a iure retractationis, & in hoc casu intelligitur iste tex. Aut electio a principio fuit nulla, puta, qa facta a minori parte capituli, & tunc non potest ɔ-
d ualidari [d] per consensus particulares superuenientes, & ita loqui-
10 tur c. auditis, ɔ. eo. & ibi plene dicam. † In ea gl. ibi, [Circa spiritualia possum habere ratum] In pluribus locis gl. tenuit istam opi. qꝫ in spiritualibus, possim habere ratum, quod meo nomine est gestum, de quo vide quod no. per gl. in regula ratum de regu. iur. libro sexto. Et dic quod dictum nõ colligit hic, qa iste tex. nõ logt de vera ratihabitione, quæ trahitur retro, & mandato cõparatur. Vnde ad hoc vt oriatur mihi actio, non possum habere ratũ, qđ meo nomine non est gestum, vt in dicta regula, ratũ. Sed quoad incõmodũ meũ, vt nõ possum impugnare factũ a alios, possum habere ratũ, qđ meo nomine non est gestum, & hoc casu intelligitur iste tex. In ea. gl. ibi, [Itẽ pone.] No. Sing. istã particulã gl. vsq; ad finẽ, qa quotidie solet allegari. Ex qua primo collige differentiam inter successorem in prælatura, & successorem in canonicatu. Nã successor in ɔ̃latura, succedit in oĩbus iuribus cõperẽtibus ɔ̃decessoii, rõne ɔ̃laturæ. Rõ, qa ɔ̃latura nõ moritur. 12. q. 2. c. liberti, & in c. si gratiose, de resc. lib. 6. Nec debent alterari iura prælaturæ, propter mutationem ministrorum. Nam successor fingitur idem cum prædecessore. Sed in canonico, aliud est, quia proprie, canonicus non habet successorem, nisi in præbenda. Iura enim sibi competentia transeunt in capitulum, a quo venit præbenda, vt in c. relatũ. ɔ. de testa. Capitulum autem non potest hic impugnare electionem, ratione contemptus, cum impugna
11 ret factum proprium. † Et ex hac ratione, quam sentit Inno. potest iudicio meo inferri, qꝫ si canonicus, tãquam canonicus, fuit contemptus in electione alterius ecclesiæ, in qua iure singulari debebat interesse, ratione Canoniæ, qꝫ eo mortuo intra tempus agendi de contemptu, poterit capitulum agere de contemptu, sicut prælatus agit de contemptu prædecessoris. No. 2. singulariter ex hac gl. qꝫ pro iniuria illata prælato, vt prælato, potest agere successor in prælatura, sicut prædecessor, licet prælatus mortuus, litem non fuerit contestatus. Ratio colligitur ex prædictis, qua
12 iniuria censetur illata prælaturæ, quæ non moritur. † In gl. in ver. [Diuidatur.] No. istam gl. vsque ad finem, quia quotidie solet in materia sua allegari, & præsertim tene eam menti in eo, qꝫ cõcludit, missam non esse de substantia consecrationis, seu collationis ordinum, vel Chrismatis, sed propter ordinationem ecclesiæ, & ob reuerentiam sacramentorum non debent conferri, & expleri sine missa. In ca. gl. ibi, [De hoc quod dixit Hug.] Aduerte qꝫ hic incipit additio Ber. glossatoris, & durat vsque ad ver. sed finita. & dicit Io. And. habuisse a magistro suo, qꝫ ista fuit vltima additio, quam fecit Ber. ad glo. suas. Vnde verisimile est, qꝫ libri habentes istam additionem in contextu glossarum, habeant alias additiones. & ideo quando vis informari, vtrum liber habeat additiones Ber. recurras ad istam glo. Et si reperitur ista additio, est verisimile, qꝫ habeat alias. Et habes etiã ex hac additione originẽ istius
e Ber. glo. Fuit enim [e] de ciuitate Parmensi, quæ est in Lombar-
13 dia. † In ea gl. ibi, [Posset ordines celebrare si necessitas esset.] Aduerte, quia glo. hic videtur limitare multum istum tex. vult enim, qꝫ finita missa consecrationis, possit Episcopus nouiter consecratus, necessitate imminente, celebrare principaliter, & ordines conferre. Et pro hoc facit tex. ibi, [Non debent tunc &c.] qui tali finita consecratione posit. Hoc dictum non placuit hic Host. Primo, quia non potest occurrere talis necessitas, cum alij Episcopi prius cõsecrati sint ibi præsentes, per quos posset necessitati subueniri. Secundo, quia ordines non debent conferri, extra quatuor tempora, vt in c. 1. & c. lane, de temp. ordi. Et Episcopus consecratur die dominico, vt in c. quod die dominico. 75. dist. & ad illam dictionem, [tunc,] respondet, qꝫ debet exponi, idest eodem die. Pro hoc est text. in princ. huius §. in quo nota, qꝫ iste Archiepiscopus in die consecrationis suæ acolytum ordinauit, sed iudicio meo, satis potest saluari glosista in collatione minorum ordinum. Nam minores ordines possunt conferri diebus dominicis, & alijs diebus festiuis, vt in c. de eo. eod. tit. scilicet de tempo. ordi. Hinc est, qꝫ ille Archiepiscopus, qui ordinauit acolytum in die dominico, non redarguitur ex alio, nisi quia hoc fecit in die consecrationis suæ, antequam missarum solennia finirentur, secus ego si essent finita, ad idem alia ratio litere ibi, [Ne diuidatur ministerium vnitatis] quę ratio cessat, si ordines illos minores, conferret, post expeditam cõsecrationem, & missę celebrationem, sed sacri ordines non debent cõferri illa ratione, quia extra quatuor tempora, non sunt conferendi, vt in iuribus præal. Sed iuxta materiam gl. quęrunt hic Doct. Pone, qꝫ isti qui concelebrant consecratori, pueniant ipsum in consecratione, scilicet in dicendo verba apta ad confectionem, seu ad transubstantiandum, nunquid per eorum verba, sit ibi corpus Christi? & quid si ɔsecrator principalis post illorum verba, iterum illa verba dicat? In hac questione sunt diuersitates inter Inno. & Host. Inn. tenet, qꝫ per illa verba illorum celebrantium prius prolata, facta fuit vera transubstantiatio in corpus Christi. Nec per verba replicata a consecratore, fit alia transubstantiatio, quia ex quo semel est ibi corpus Christi, non potest magis adesse. Host. tenet contrarium, confirmans, qꝫ ad verba illorum qui principaliter non celebrant, non contingit transubstantiatio, quia hoc non intendunt, licet illa verba protulerint, & per consequens nõ sit, qꝫ sacramentum cõficitur ex verbis ɔsecratoris, postea prolatis. Credo, qꝫ sit animaduertenda intentio illorum celebrantium, vt si per illa verba interent conficere verum corpus Christi, qꝫ sit facta transubstantiatio, ex quo ipsi etiam celebrant, licet non principaliter, secus si eorum intentio deficiebat facit ad hanc q. quod no. Io. Cald. in c. si sacerdos, de of. or. vbi tetigi. Querunt hic Doc. secundo, quid si aliquis

ADDITIONES.

a Conseruare indemnem. Adde Are. consi. 143.
b Distin. 63. Adde Oldra. consi. 1.
c Seb. Sapia. Vt mors. Vide ad saturitatem, an Rex possit eligere, do. Ioannes Sella, in elegantissimo tracta. de beneficio in 2. parte. quæstio. 23. & ibi, etiam colum. 5 meminit de hac dec. Innocen. quod valet consuetudo, quod mors prælati nuntietur principi.
d Zac. Non potest conualidari. Ita no. Ber. Compost. in c. quia propter. Ratio est in promptu. Non enim superueniens consensus validat, quod ab initio nullum est ita no. iste in c. auditis, infra eod. tit. 16. q. 3. c. dilectio. 8. potest. Albe. de Rosa. in l. quod ab initio, vbi tangit de præsenti q. ff. de reg. iur. & in reg. ratum, & ibi in addit. d. Boerii. plenif. & remiss. eod. tit.
e Seb. Sapia. Fuit enim. Illustrissi. d. meus d. Rochus Curtius in epist. 2. quæ præcedit tractatum de conf. dicit, quod Bernardus glossator erat Parmensis.

aliquis presbyter, stat prope alterũ presbyterum celebrãtem, & præueniat modo prædicto ipsum celebratorem, in prolatione verborum, pro quib. conficitur corpus Christi, nũquid sit facta transubstantiatio? Et concludunt, qꝫ non, cum ipse non sit vestitus vestib. sacris, nec alias seruauit, quæ eccle. instituit in cõsecratione tanti sacramenti, alias sequeretur absurdum, qꝫ presbyter existens in platea, posset transubstantiare totum panem ibi existentem. Facit ad prædicta. 1. d. 1. c. extra catholicam, & maxime procedit hæc solu. tenendo, qꝫ in illo presbytero defecisset intentio
14 conficiendi. † In gl. fi. no. diligenter istam glo. ad quam quotidie sit remissio, cum quæritur, nunquid prælatus, seu rector ecclesiæ debeat, seu possit cuadere de iure pœnam depositionis ex delicto iniustæ alienationis rei ecclesiasticæ, si vult reddere ecclesiam in demnem de proprio patrimonio, vel aliunde? Et in effectu post multa argumenta, pro & contra gl. ista ponit duas opi. Nam qui dam tenent, qꝫ sic arg. huius c. & aliorum, quæ præmittuntur in glo. & hanc opi. tenet Ioan. And. 12. q. 2. Apostolicos, & in c. 17. q. 4. secuti sunt Tanc. Vin. & Phili. & Gof. hic secundam opi. Contrarium tenuit hic Ber. glo. quem secuti sunt. Host. Io. And. & cõmuniter Mod. sequentes, & hæc opin. mihi placet. Et ad istũ tex. respondet, vt in fi. glo. & bene facit. 12. q. 2. c. monemus. & l. non ꝑ
15 dest. ff. vi bo. rap. † Extra glo. opp. contra tex. de c. post electionem, de consec. præben. & de c. constitutis. il 2. de appel. In quib. iurib. patet, & post confirmationem, non admittitur exceptio contra confirmatum ad impediendum confirmationis effectum. Hic autem iste electus, non solum fuit confirmatus, sed etiam consecratus, & sic nihil iuris restabat consequi, & tamen fuerunt hic admissæ exceptiones contra formam electionis, & contra persõnam ipsius consecrati. Sol. propter hoc contrarium, instat hic In
a no. & Com. plenius post eum, an, & quando [a] post confirmationem electionis, possit admitti exceptio contra formam electionis, vel contra personam electi, & multa ex eorum dictis sunt ho die expedita, per c. fi. de ele. lib. 6. Concludendo tamẽ, ex dictis eorum sic distingue, aut confirmatio fuit facta causa cognita, & partib. præsentib. aut sine causæ cognitione. Primo casu, si nõ fuit appellatum a sententia confirmationis, & non possunt partes, quæ fuerunt præsentes aliud obiicere, nec per viam exceptionis, neq; accusationis, quia de facto vnius hominis sæpius non est quæren dum, per c. cũ dilec. in fi. ɔ. e. & præal. c. fi. in 6. & ɔ. de acc. c. super his, sed respũ eorum, qui non erant prætentes, distinguẽdum est qꝫ aut sciuerunt causam confirmationis agi, & tacuerunt, & fit eis præiudicium, vt in c. fi. qui ma. ac. pos. facit c. pe. de re iudi. aut probabiliter ignorabant, & tunc aut restat aliquid iuris conferẽ di ipsi confirmatio, puta, quia est confirmatus, sed nondum consecratus, & tũc admittitur exceptio, vt in c. super his, & quod ibi no. ɔ. de ac. Aut nihil iuris restabat, quia erat cõsecratus, vel erat talis prælatus, qui non indigebat consecratione, seu benedictione, & tunc, aut ꝑfirmatus est in possessione ꝑlaturæ, & nõ dẽt ad mitti aliqua exceptio, quia nõ põt iudex operari naturã suã, nec respectu actionis, nec respectu intẽtionis, cũ iste ꝑfirmatus nil pe tat, nec sit in intẽtione petẽdi. Et exceptio est intẽtionis, vel actionis, exclusiꝫ, vt in l. 2. & quod ibi no. ff. de exce. Sed poterit ipse venire per viam accusationis, vel denunciationis, ad hoc c. fi. de his qui ma. acc. pos. & vide per Fed. cons. 23. & per hoc limita tex. in d. c. fi. Secundo casu principali, quando sine causæ cognitione facta fuit confirmatio, dic hodie, vt habetur in d. c. fi. eod. tit. lib. 6. Nam talis confirmatio non tenet, vt ibi, & vide plene de hoc, quod ibi dixi, post Inn. in c. olim, de causa pos. & in c. cũ olim, de dol. & cõtum. Ad istum tex. põt dici, qꝫ hic actum fuit per viam accusationis, seu implorationis officii iudicis. Potest tñ aliud membrum addi ad prædicta, qñ confirmatus non est in possessione, & agit possessorio adipiscendæ, nunquid debeat admitti exceptio? dicendum vt le. & no. in c. accedens, de acc. & istud de-
6 buit præcedere ꝭm membrum principale. † Vlterius hic quæritur, quid si electio non tenuit, nunquid valuit confirmatio subsequẽs, & nunquid iste sic confirmatus, sit prælatus, an vero tenea tur cedere? Quoad primum, Inn, & Io. And. & cõmuniter Doc. seq. concludunt, qꝫ confirmatio tenet, quoad validitatem gesto rum. Nam gesta per istum confirmatum, tenent ratione publici officii, ex quod putabat confirmationem esse validam, vt in d. l. Barbarius. ff. de offi. præt. & idẽ dixit Inno. in c. nihil, ɔ. eo. Sed an iste sit ꝑlatus, dicit Inn. ɔ. eo. c. cum dilec. qꝫ iurisconsultus noluit ad q. respondere, in d. l. Barbarius. Nec ibi recte rndetur, an ille Barbarius, qui ꝑ errorẽ fuerat designatus prætor, cũ esset seruus fuerit verus prætor, sed solum deciditur, qꝫ tenent gesta ratione publici officii. Sed dicit Io. An. hic, qꝫ quodcunq; istorum defe-
b cerit, non est verus prælatus, siue electio sit nulla, siue confirmatio, [b] & sic vr̃, qꝫ teneatur cedere in foro animæ. Sed postea refert alios dicere, vt ẽt recitat Inn. qꝫ sit distinguendum, vtrum electio tenuerit iur. nat. puta ratione cõsensus eligentium, & electi, licet fuerit nulla de iure positiuo. Et tunc ex quo fuit subsecuta confirmatio, est verus prælatus, nec tenetur cedere, secus si fuit nulla de iur. nat. Vt enim, dicit hic Inn. electio potest dici canonica, large, stricte, & strictius. Dicitur canonica large, qñ electio tenuit de iur. nat. quia interuenit consensus eligentium, & electi, sed nõ de iure positiuo. Stricte dr̃ canonica, qñ tenuit de iure nat. & interuenerunt oĩa, quæ requiruntur de iure positiuo, siue sint substantialia, siue de solennitate non substantiali, puta qꝫ vocentur absentes, vel quid simile, ita quod nihil deficit de requisitis. Per ꝺrium dr̃ electio nõ canonica large, qñ non tenet etiam de iu. nat. quia non interuenit consensus, saltẽ liber, eligentium & electi, vnde qñ est canonica large, licet nõ stricte, vel strictius, debet tenere confirmatio subsequens, & confirmatus est verus prælatus, nec tenetur reuocare, quia ius positiuũ adinuenit formam ad scandãla euitanda. Sed ex quo in casu nostro nullum scandalum afluit, & electio tenuit de iu. natu. non debet iste esse obligatus ad renunciandum. Et vr̃ Inn. & cõiter Doct. sequentes hic se qui istam opin. quæ mihi nunquã. placuit. Nam ex quo ius positiuum reprobat consensum, nisi sit legitimus, non video, qꝫ etiã de iu. nat. teneat talis electio. Nam princeps potuit per legẽ suã, talem consensum non solenniter præstitum inhabilitare, vt in simili hr̃ & no. in l. cum lex, ff. de fideiu. facit c. 2. de maio. & obe. Et pro hac opi. contraria, allego primo glo. in c. vnico. de postu. præ la. lib. 6. quæ dicit, confirmationem non prodesse, si electio erat
c nulla. [c] Ad idem glo. fi. in cap. quam sit, ɔ. eo. lib. 6. & glo. in cap. sicut, eod. tit. lib. 6. & tenet Arch. in c. sicut causam, eo. tit. & lib. vbi plenius prosequitur. Facit regula, accessorium de reg. iur. in 6. & quia vbi fundamentum deest, nihil super ædificari potest. 1. q. 1. cap. cum Paulus. Et sic tene opi. quam primo sentit. And. qꝫ iste non sit verus prælatus, huc electio sit nulla qualitercunq; siue cõfirmatio, nisi confirmatio sit facta ex certa scientia per habentẽ potestatem confirmãdi omnem defectum electionis. Et ad materiam, vide quod leg. & no. in c. fi. confirmationem, ɔ. eo. lib. 6. vbi tractatur an electio remaneat valida, si cassatur confirmatio & quid econtra. Abb.

ADDITIONES.

a An & quando. vide plene de hoc artic. Firma. in prælegia. tract. de Episcopo. in 3. parte, secundæ principalis, q. 21. lib 3. & in 22. q. vbi dicit, qꝫ si quis comparet in termino ad opponendum contra confirmationem, electo cessam, si interponatur appellatio extraiudicialis, non obstante appellatione, debent electi consequi possessionem. Seb. Sap.
b Siue electio sit nulla, siue confirmatio. Tu adhære opinio. Innoc. quam iste subdit, pro qua faciunt no. per Bar. in l. fi. de test. tut. & per Alex. consi. 103. vol. 4. Old. consi. 162. & consi. 236. & Bertac. de Firma. in tract. de episcopo, in 2. parte. 3. lib. & Fel. in cap. inter dilecto, col. 6. ver. in tex. ibi, cum igitur. de iudi. Zachar.
c Si electio erat nulla. Hæc opinio comprobatur, quia ante quam valeat confirmatio, requiritur quod prius inquiratur de validitate electionis, per glo. in capit. Catinensis. 61. distin. No. Specu. titu. de alleg. & disput. §. fina. verficu. & breuiter, & in titu. de inquisitio. §. 3. in Sum. ergo requiritur quod valeat electio. Seb. Sapia.

SVMMARIVM.

3 *Electio facta a minori parte capituli non potest confirmari, vel ratificari. 5. 6.*
2 *Testis dicens se audiuisse legere aliquod instrumentum, non per hoc dicitur intellexisse.*
3 *Nominatio, non acquirit aliquod ius nominato,*
4 *Episcopus qui est in aliquo collegio, non tanquam Episcopus, sed tanquam vnus de collegio, non debet alios præcedere.*
7 *Maxime, ista dictio, quomodo ponatur.*
8 *Electio non potest dici facta communiter, si omnes de capitulo singulariter præstant consensum.*
9 *Quando emanarunt duæ electiones, quæ dicatur potior, & validior.*

CAP XXIX.

Auditis. Electio † per minorem partem capituli facta, nõ tenet, nec per subsequentem cõsensum ratificari potest. h. d. fm cõmunem intellectum. Prima pars ponit diffinitionis causam. Secunda diffinit. ibi, [Nos igitur.] Casus literal. Vacante ecclesia Baiocen. ad electionem conuenientes canonici, pars vna elegit Gu. Arch. alia vero elegit R. subdiaconum. Electiones istæ delatæ sunt ad dominum papam, ipse vero examinatis meritis vtriusque electionis, inuenit utranq; contra formam iuris attentatã, hoc modo. Cum enim canonici in cap. conuenissent, & voluntates singulorum inquisitæ fuissent, Decanus cum paucioribus conuenit in dictum R. Subdiaconum ipsum eligendo, & cantor cum pluribus, nominauit dictum Gu. Archid. tandem solus cantor nominauit magistrum. R. & Alde. appellans ne Decanus, qui primam vocem in electione habebat, ad electionem procederet sine consensu totius capituli, vel maioris partis. Decanus non ob. app. illa, non habito consensu maioris, sed longe minoris, dictũ Gu. Arch. elegit, statim appellans, ne quis ɔ ipsam electionem aliquid attentaret. Decanus tñ allegabat, qꝫ electioni suæ plures alii consenserunt. Sed hæc allegatio nõ valebat cum ex postfacto conualescere non poterat, quod ab initio nõ, valebat, quia electio, quæ fuerat irrita ipso iure, per subsequentẽ consensum nõ poterat esse rata. Post illam ellectionem Decani Cantor, & alii, qui remanserunt in capitulo, post illam electionẽ Decani nõdũ cassatã, & post appellationẽ ad sedẽ Apo. interpositam, recedentes a nominatione dicti Gu. Archid. dictum sub

diaconum

Universidad de Deusto
Biblioteca

diaconum elegerunt. Dominus papa, quia vtraque electionem inuenit contra formam canonicam attentatam, vt dictum est, vtramque cassauit. B. Et pro intellectu literæ, præmitto, q in hac ecclesia Baiocen. erant duo principaliores, scilicet Decanus, & Cantor, qui fouebant partes in cap. & dum essent in tractatu electionis, Decanus animaduertens, q Cantor cum suis contradicet voto suo, noluit nominare Archid. quem habebat in animo eligendi, sed malitiose nominauit quendam magistrum suum Ricar. subdia. Cantor vero etiam malitiose nominauit Archid. quem sciebat gratum alteri parti. Tandem fuit interposita appellatio, ne Decanus procederet ad electionem, siue consensu capituli, vel maioris partis Sed hac appellatione non ob. Decanus cũ suis complicibus, qui non faciebant maiorem partem capituli, recessit a nominatione ipsius R. subdiaconi, & elegit dictum Archi. in Episcopum, & etiam appellauit ne quicquam cõtra illam electionem attentaretur Postmodum vero quidam canonici ad uersæ partis, consenserũt electioni factæ archidiacono, ita q ipsis computatis archi. habuit maiorem patrem capituli. Istis autẽ electoribus recedentib. Cantor cum suis processit ad illam electionem, non obstante electione, quam fecerat de Archidiacono, & elegit illum R. subdia. papa vero vtranque electionem duxit irritandam, nec exprimitur in tex. ratio decidendi, ideoque gl. vario modo intellexerunt istum tex. & intantum intricatur per glo. in-
* tellectus huius c. q dixit Host. istud *c. potuisse *audiri, sed non intelligi vsque ad tempora sua. Ioan. And. dixit, q nec etiam per gl. ius habetur clare intellectus huius c. sed tu dic, vt dicetur infra. No. 1. ex principio, ibi, [Auditis, & intellectis,] licet quis audiat processum alicuius causæ, non propter hoc concluditur eũ intellexisse merita causæ. Potest ergo concurrere auditus alicu-
2 ius rei absque illius intellectu, seu intelligentia. † Et facit pro testi-
a bus [a] qui dicunt se audiuisse aliquod instrumentum legi, vt non per hoc concludatur necessario ipsos intellexisse. Nam audire, &
b intelligere sunt diuersa, [b] vt colligitur hic ex copula, &, quæ de sui natura habet copulare diuersa, vt no. gl. super rub. ff. de iur. & fac. ign. & per glo. in c. querelam, infra de simo. Potest. n. quis audire nudum verborum sonum, & tamen non intelligere verborum
3 efficaciam † No. 2. q nominantes aliquem in tractatu electionis, non tenentur illum nominatum eligere, sed possunt ab eo recedere, alium eligendo. Ratio, quia per nominationem simplicem, nõ est acquisitum aliquod ius nominato, vt supra c. prox. in prin. Solent. n. ante scrutinium faciendum de electione, nominari aliqui de cap. qui videantur apti, & idonei ad regimen ecclesiæ vacantis, non tamen per hoc eliguntur, sed proponuntur, vt fiat de eis scrutinium si placet cap. & hoc modo fuerunt primo nominati Archidiaconus, & subdiaconus ideo licuit ab eorũ nominatione recedere. No. 3. q decanus habet primam vocem in cap. hoc tamen intelligunt Doc. & bene procedere ex consuetudine loci particularis. Nam in hoc standum est consuetudini, qua cessante, is qui est maioris authoritatis, habet primam vocem, alle. Do. ad hoc 16. di. c. Isidorus. Sed tu dic clarius, q cessante statuto, vel consuetudine, canonicus prius institutus in ecclesia, & sic antiquior respectu institutionis, debet pesse aliis, vnde ad eum spectat conuocatio capituli, & esse primum in voce, & subscriptione, & in sedendo, & aliis consimilibus. Facit ad hoc c. statuimus, de maio. & obed. & quod no. Inn. in c. 2. eod. tit. & vide quod ibi dixi. Nam habentes dignitatem in ecclesia, de iure non sunt de ca
c pitulo, nisi alias sint canonici. Soli enim canonici [c] faciunt capitulum, & vnum corpus cum Episcopo, vt in c. nouit, & c. quãto, de his, quæ fi. a præl. vide per Innoc. in c. 2. de inst. & quod ibi dixi, &
4 in c. cum olim, de re iudi. † Adde etiam ad prædicta glo. sin. in c. a collatione. de app. lib. 6. quæ dicit, q si Eps habet vocem in cap. tã quam canonicus, non debet habere primum locum in cap. quia non est ibi Episcopus, sed prior capituli debet habere primum locum, & no. gl. illam sin. quia sæpe contingit, q habentes dignitatẽ sunt in quibusdam collegiis particularib. non tanquam habẽtes dignitates, sed tanquam particulares de collegio, ideo non debẽt isti habere primum locum in collegio, sed rector collegii. Et per hanc gl. potes defendere consuetudinem, quæ viget fere in omnibus studiis, vt Eps quantumcunque maximus, ex quo scholaris est, non præcedat rectorem studij, quia non est in hoc collegio
5 scholarium, vt Eps, sed tãquam scholaris. † Itẽ no. q electio a principio nulla, puta, quia facta a minori parte capituli, non potest cõualidari per subsequentes consensus aliorum particulariter prestitos, & ad hoc quotidie allegatur hęc litera. Et ex hoc habẽs casum literaliter, in quo consensus non potest interuenire ex post-facto, etiam ad conualidandum actum, vt ex nunc, cuius contrarium no. in c. cum consetudinis, de consue. sed dic vt ꝛ. dicam.
6 † In gl. in ver. [Cum tamen ex post facto, ibi, [Electio ista nõ erat nulla ipso iure.] Hinc colligitur vnus intellectus ad tex. quare nõ tenuit secunda electio, ex quo fuit facta post primam irritam, & nullam. Nam electio, quę non tenet ipso iure, non debet prestare impedimentum secundę, vt c. bonę. & c. dudum, ſ. eo. Gl. soluẽdo respondet, q prima electio non erat hic ipso iure nulla, sed irritãda & pro hoc tex. in fi. vbi papa vtramque electionem irritauit, ergo prima tenuit. Contrarium tamen sentit glo. sequens. & glo. in ver. cassatam, & vt prædixi, istæ gl. multum variauerunt intellectũ huius capit. Et possunt colligi ex hac gl. quatuor lectu. Prima lect. quod prima electio tenuit hic propter ratihabitionem subsequentem, licet potuisset irritari propter pendentiam appellationis. Secunda autem electio non valuit, quia fuit facta post primam nõ cassatam, & contra appellationem. Sed hæc lect. non est bona cũ papa expresse hic dicat, q prima electio fuit nulla, neque potuit cualidari ex consensu quorundam subsequentium. Et sunt ista verba papæ, nõ partis, quia papa hic loquitur, vt patet in prin. c. Ideo glo. sequens cum alia sequenti, receisit ad hoc intellectu, tenendo q prima electio fuit nulla ipso iure, nec potuit conualidari
7 ex subsequenti consensu, etiam si appellatio non fuisset interpo
d sita. † Et hoc probatur ex illa dictione, [maxime] [d] quæ debet intelligi proprie, & in hoc no. bene glo. sequentem pro intellectu huius dictionis, [maxime] quæ quando stat proprie, ponit idem in casibus contrarijs, quando vero ponitur pro [tantum] stat improprie, & idem no. in c. quoniam frequenter, infra vt lit. non contin. in ver. maxime. Secunda lect. colligitur hic ex gl. fi. in ver. [Sed dubium est] cum ver. se. & in effectu hoc intendit, q aut prima electio est euidenter nulla, & tunc nõ requiritur aliqua cassatio, sed potest procedi ad secundam, & hoc casu procedunt contrarij. Aut prima electio est nulla, sed non euidenter, immo est probabilis dubitatio super nullitate, & tunc non debet procedi ad secundam, nisi prius cassetur prima, quæ habebat colorem validitatis, & in hoc casu potest intelligi tex. Nam antequam emanet decisio huius decre. poterat probabiliter dubitari, vtrum electio facta a minori parte, posset conualidari per subsequentes consensus aliorum. Debuit ergo prius expectari cassatio, seu declaratio superioris, antequam procederetur ad secundam. Et no. bene hic intellectum, qui mihi plurimum placet, pro quo alle. glos. fi. in c. constitutus, infra de ap. quæ hoc tenet aperte. Vide etiam gl. in c. constitutus, infra de ap. quæ hoc tenet aperte. Vide etiam gl. in c. inter dilectos, in ver. postmodum, in fi. infra de excet. prel. tenet Inno. in c. cum terra, supra eo. Et quamquam ipse Inn. & quidam alij in c. consideraumus, supra eo. vt recitat hic Ioã. And. tenuerint sufficere ad validitatem secundæ electionis, q notorium illa primam esse nullam, tempore sententiæ, tamen mihi plus placet præcedens dictum, quando prima non erat euidenter nulla, sed poterat de eadem dubitari. Tertia lect. colligitur ex hac gl. in ver. [Quidam tamen distinguunt,] q aut prima electio est nulla ipso actionis, sed non exceptionis, & ista impedit secundã, vt hic. Sed hæc lec. vt dicit Ioan. And. & bene, est inutilis, quia non apparet, quando est nulla iure actionis, & non exceptionis, licet Do. dixerit posse dici, q tunc est nulla iure actionis & exceptionis, non tenet etiam de iure naturali, quia non interuenit consensus eligentium, liber saltem. Nam tũc debet expectari cassatio prima. In hoc tamen, non multum persisto, nec credo hoc dictum verum, quia tex. est in contrarium in regula, non præstat impedimentum, de re. iu. li. 6. Quarta & vlt. lect. colligitur ex hac glo. fi. in ver. [Sed quæ est ratio,] dicens, q secunda electio hic non tenuit, non propter pendentiam primæ, quæ erat nulla, sed ex defectu potestatis eligentium, quia licet prima electio esset nulla, non tamen potestas eligendi erat deuoluta ad Cantorem, & suos, quia alia pars non elegerat indignum, sed contra formam, vnde non debebat Cantor & sui, procedere ad electionem, non vocatis Decano, & suis complicibus, & hic intellectus potest sustentari quoad nullitatem secundæ electionis, non tamen bene explicatur p glo. Ioã. And. hic dicit posse concludi, quicquid scribatur p aliquibus in materia, quod secunda electio, facta, post primam, ab homine, vel a iure non cassatam, est nulla, vt supra eo. cõsideratiumus. Sed si prima electio est cassata ab homine, vel a iure, tunc potest procedi ad secundam electionem, etiam nõ vocatis aliis electoribus, si sunt priuati potestate eligendi, vt supra eod. c. bonæ. Sed si non sunt priuati, debent vocari etiam si essent priuandi, alias non valet

ADDITIONES.

a Seb. Sapia. Pro testibus. Hoc dictum videtur dubitabile, quia dicit Bald. in l. testium, colu. 3. C. de test. quod si testis dicat, scio quia præsens fui, probat, quia illud verbum, præsens, includit sensum, & intellectum, & idem tenet Bar. in l. hæredes palam, ff. de testa. cum alleg. per Fel. in rub. procemij huius lib. col. pe. & ibi refert Inno. & D. Ant. hic tenentes, quod in teste sufficit dicere scio, quia audiui.

b Sunt diuersa. Adde quæ supra posui in proœ. & Ang. consi. 278.

c Soli canonici. Adde Rom. consil. 33 2.

d Maxime. Adde Franc. Are. consi. 50.

Ant. Fran. Et de dictione, maxime, quid importet, & quomodo intelligatur, ad de in c. fi. de postul & in c. 1. de dila. & in c. quoniam. §. porro. infra ut lit. nõ cõtest. & in c. ad hæc, de appel. Et adde, quod aliquando implicat, l. qui alius. de test. tu. Aliquando ponitur pro tantum. 11. q. 3. c. fi quis Episcopus, & ibi no. & vide gl. in l. 1. C. de nouo Codi. compo. in verb. maxime. Aliquando, significat identitatem in casu contrario, ut est gl. in l. quod si minor. & restitutio. ff. de min. Aliquando accipitur pro, valde, ut est gl. in l. in gl. pe. ff. solu. matrimo. Aliquando superabundat, ut in c. gratum, de offi. deleg. & ibi dixi, concordando c. gratum, cum c. præsenti, pro refutanda correctione iurium. Et de hac dictione etiam, vide in l. eum qui, ff. de dona-

ti. char. omnino per Ale. in l. & suum, §. hodie, ff. de pac. & consi. 42. volu. 5. Seb. Sap. Dic, quod. De hoc ar. vide Firmanum in prælleg. tracta. de Episcop. 1. par. libri 3. q 19. & ibi etiam tenet, quod dicit glo. hic, quod si incontinenti factæ sunt duæ electiones, habet locum collatio numeri, zeli, & meriti.

SVMMARIVM.

1 *Arbitri electi, re non integra, id est postquam cœperunt super causa cognoscere, non possunt a partibus revocari.*
2 *Arbitri non solum possunt eligi a partibus, sed ab alio, cui partes mandare runt, vt eligerent.*
3 *Compromissum, quod fit ab aliqua vniuersitate in aliquem, debet fieri nemine discrepante, quinimmo debent omnes expresse consentire, quia tacitumitas non habetur pro consensu in arduis.*
4 *Arripere iter ad principem, habet vim, quod talis arripiens iter, videtur ac cepisse protectionem principis.*
5 *Sonus campanæ, an sufficiat ad vocandos homines de vniuersitate.*
6 *Commissarius quicquid facit, videtur factum a committentibus.*
Executores testamenti quod faciunt videtur mandatum ab ipso testatore.
7 *Res integra non dicitur vlterius, quando substantialia negotij incipiunt tractari.*
8 *Concorditer dicitur fieri, quod fit nomine discrepante.*
9 *Vocati ad concilium, & non venientes transferunt potestatem omnem in illos, qui venerunt, licet numero pauciores.*
10 *Mandatum non solum continet expressa, sed etiam præparatoria & vicina expressis.*
Postulatio venit sub nomine electionis, etiam in materia pœnali.
Quod prohibetur vendi, prohibetur pignorari.
12 *Gratia non præsumitur.*
13 *Postulantes possunt a postulatione recedere, antequam Papæ præsentetur, secus in electoribus.*
14 *Reuocatio potestatis alicui tributæ, dicatur expresse, licet aliquando & tacite, fieri.*
15 *Matrimonium carnale requirit mandatum, de certa persona faciens mentionem.*
16 *Compromissum factum de aliquo eligendo ab vniuersitate, non potest vnus de vniuersitate reuocare.*
17 *Excommunicatio vnus ex compromissarijs, an vitiet gestum ab omnibus.*

CAP. XXX.

1 In causis. Potestas † data compromissarijs ad eligẽdũ pre latũ, re nõ integra, reuocari non põt, & desinit res esse integra, postq cõpromissarij incœperũt habere tractatũ. h. d. Diuidit principaliter in tres partes. In prima ponit postulati petitionẽ. In secunda, ibi, [Nuntij vero,] ponit electi allegationẽ. In tertia ibi. [Quia vero partim,] negotiũ diffinit, & partim diffiniendũ cõmittit. Casus lit. Ecclesia Tholosana vacãte, capitulum ad tractandũ de electione insimul cõuenerũt, & duos de cap. elegerũt, vt quinq, de eodẽ cap. eligerẽt electores, q postito iura tractarẽt de electione pastoris. Statutũ fuit a Cap. vt illi, quẽ illi qn quẽ ꝓcorditer eligerẽt, vel tres ex illis, dũmodo persona esset idonea, q Epo haberẽt. Postmodum cum illi duo, quinque electores elegissent, & illi quinque ad tractandum de electione secessissent in partem & non possent oẽs in vnã cõcordare personã, tres ex illis postulauerunt Epm Conuenarum, reliqui duo tertia die, cũ paucis de cap. reliquis absentibus Archidiaconũ Argenẽ. elegerũt. Demũ cã super istis electionibus ad sedẽ apostolicã est delata. In psentia dñi papæ, oĩa ista ex parte illorũ, q postulauerunt Epm Cõuenarũ, pposita fuerũt, eõrio, nuntij pdicti Archidiaconi rñderũt, q cũ pdicti quinq; electores tractarẽt, & inter se discordarẽt, ita, q ptẽtiosæ voces eorũ auditæ fuerũt a Ca. Capitulũ per duos de canonicis eisdẽ prohibuit, ne vlterius in negotio ipso procederent, reuocando sibi traditam potestatem, manantes eisdẽ, vt ad capitulũ redirẽt ad tractandũ de electio. cum aliis, quorũ duo ad capitulũ sunt reuersi. Subsequenti die, capitulũ prout moris est, fuit pulsari cãpanã ad capitulũ ꝓgregandũ, & cũ pdicti tres cũ qbusdã aliis ad capitulũ nõ venissent, Prior, cũ maiori parte capituli. pdictũ Archidiaconũ Argenen. elegit. Auditis his, & aliis, papa super hoc scribit quibusdam abbatibus in hũc modũ Quia postulatio facta de Epo Cõuenarũ, facta fuit p illos, in quos totũ capitulũ trãstulerat ptãtem, pp qđ de psensu totius capituli intelligit esse facta, & cũ res non esset integra, ex eo, q electores in tractatu pcesserãt, potestatẽ illã capitulũ non potuit reuocare, ideoq; electionẽ ipsius Archi. cassauit. Vñ mandat papa, quatenus si personã illius Epi inuenerint vtilẽ, & necessariã ad regimẽ ecclesiæ Tholosanæ, & idoneã ad pfidiã hæreticorũ extirpãdã, ci tribuãt licẽtiã trãseũdi ad ecclesiã Tholosanam.
2 B. † No. 1. q capitulũ nõ solũ põt cõmittere psonis certis potestẽ eligẽdi, sed ẽt põt aliquos eligere, p quos eligũtur cõpromissarii, q habeãt postmodũ eligere vice capituli. Ex hoc infert, q compromissarij ad eligẽdũ possint a principio esse incerti, fi cadi tũ p ipsos, quibus est data potestas eos eligendi. Et ex isto tex. singulari infero, q ũ partes litigantes, vel differentes, volunt qõnem eorũ in aliquẽ amicũ eorũ cõem cõpromittere, & nõ possunt habere ꝓcordiã de certa psona eligẽda, possunt dare alicui, vel aliquibus potestatẽ, vt ipsi eligant eis arbitrum, vel arbitros, Et valebit electio per illos facta, ac si ab ipsis partibus illi arbitri fuissent electi,

ket electio ab alia parte facta, vt hic, & infra e. c. quia propter, vbi de hoc. Sed per hoc non habetur clare intellectus huius c. quare vtraque electio fuerit nulla, vel cassata. Vnde potest cõclusiue, & clare dici, q prima electio fuit hic principaliter nulla, ex defectu potestatis, quia fuit facta a Decano, & suis complicibus, qui non faciebant maiorem partem capituli, vt dicitur in litera. Nam potentia capitularis, non consistit penes minorem partem, ideo nõ potest dici electio facta a capitulo, vt in c. 1. de his, q fi. a ma. par. Ca. Et licet ex post facto, tot ex canonicis alterius partis accessissent ad primam electionem Decani, tamen nõ potuit illa electio validari. Ratio, quia electio debet fieri in communi, & sic collegialiter, non autem singulariter, consensus autem particularis iu
8 perueniens, non potest validare electionem nullam. † Quinimo
a si omnes de capitulo præstarent singulariter consensum, [a] non p hoc resultaret communis electio, vt in c. in Genesi. ſ. eo. & vide bogi. in c. 1. de re. ec. non alie. lib. 6. Secus autem, quando actus pertineret ad aliquos, vt singulares, quia tunc ex consensu superueniẽti, prima dispositio validatur, cum non habeant collegialiter consentire, vt est tex. in l. per fundum, ff. de serui. rust. præd. Itẽ ad hanc nullitatem primæ electionis, adiuuabat appellationis pẽdentia, licet etiam sine ea fuisset nulla, ideo litera dixit, [Maxime appellatione pendente] & c. Secũda vero electio fuit nulla ex eodem fere c. 1. ex defectu potestatis. Nam propter accessum quorundam ad primam electionem Cantor, & alij remanentes, non faciebant maiorem partem capituli, & processerunt ad electionem alijs non vocatis, & post appellationem, & antequam cassaretur prima electio. Quę & si, erat nulla, non tamen euidenter erat nulla. ratione prædicta. Quinimo plus puto, q etiam si Cantor, & alij fecissent maiorem partem, non potuissent valide eligere, quia oportet, q duæ partes collegij conueniant, ad hoc, vt teneat illud, quod fit per maiorẽ partem, vt plene dixi supra eod. c. cum nobis. Vnde hæc secunda electio fuit facta a non habentibus solidam potestatem eligendi, & alijs non vocatis, & post appellationem, & de subdiacono, qui nõ poterat eligi in Epm tpe huius capituli. Nõdũ. n. emanauerat c. a multis. ſ. de ætat. & qual. oportebat. n. q eligẽdus esset presbyter, iõ in fi. lꝛæ dicit, & [præsumpserũt eligere R. cũ esset subdiaconus.] Et ex pdictis hr clarif
9 sime intellectus huius capituli. † Et adhuc plenius expediendo ma teriam, distinguo post alios, dum quæritur, an & quando valeat
b secunda electio, collatio, vel postulatio. Die q [b] aut concurrunt duæ postulationes, aut duæ collationes. Primo casu, si postulatio est facta a duplo maiori parte, & ex causa, illa est admittẽda, vt in c bonæ, supra eod. & melius ſ. eo. c. scriptum. Sed si postulatio p currit cum electione, dicendum est vt in d. c. scriptum. Si concurrunt duæ collationes, non valet secunda post primam, nisi prima sit euidenter nulla, de quo dic, vt plene legitur & no. in d. c. inter dilectos, de excess. præl. Si vero concurrunt duæ electiones, est materia nostra in qua est distinguendum, quod aut secunda electio est facta ab eisdem electoribus, aut a diuersis. Primo casu, aut prima electio erat euidenter nulla, & eligentes nõ erant priuati potestate eligendi, & valet secunda, vt in c. cum terra, ſ. eo. Si autem erant priuati potestate eligendi, non valet secunda, vt in d. c. bonæ. in fi. Si autem prima non erat nulla, saltem euidenter, non tenet secunda, non cassata prima, vt hic, & ſ. eo. considerauimus. Secundo casu, qñ secunda fuit facta a diuersis electoribus, aut ambæ electiones fuerunt factę eodem contextu, aut diuerso. Primo casu, videlicet, si prima electio est facta a maiori & saniori parte capituli, & alia a minori, tenet electio facta a maiori, & saniori, vt in c. quia propter, ſ. eo. Si autem vna est facta a maiori, & alia a minori, sed saniori parte, vt puta, quia maior pars eligit ignoranter indignum, & tunc nulla electio valet, quia electio debet esse facta a maiori, & saniori, vt in d. c. quia propter. Sed si maior pars est priuata, quia elegisset scienter indignum, valeret electio facta a minori parte, quia censetur facta a toto Cap. cum tota potestas esset deuoluta ad minorem partem, vt probatur supra c. dudum. Si vero fuerunt factæ diuersis contextu, & tũc aut prima electio non tenuit, & electores erant priuati propter delictum, & tenet secunda electio, etiam facta a paucioribus, vt est casus, supra eod. c. bonæ. Aut prima electio non tenuit, tamen electores non erãt priuati, & non tenet secunda, quia non habebant istam solidam potestatem eligendi, sine aliis. Quod intellige, vt supra dixi. Idem, & fortius, si prima electio tenebat, vel non erat euidenter nulla, vt hic, & supra eod. consideratimus. Et dicuntur electiones factę eod. contextu, secundum Inno. & Comp. quando fuerunt factę omnibus existentibus in cap. & pariter eligentibus Dicuntur vero factæ diuerso contextu, quando vna pars eligit, postquam recessit alia pars, quod procedit secundum Innocen. nisi inconsentiens ex eo. scrutinio, vel compromissio, fuisset subsecuta secũda electio. Abbas.

ADDITIONES.

a Zae. Singulariter consensum. Dic ut per istum, quod per singularem consensum non dicitur esse facta cõis electio. Ita no. gl. & Doct. in c. cum omnes, & ib posui aliquid in apost. ad istum, supra de cõstitu. & in c. 1. infra de reb. eccle. non alien. Bal. in auth. hoc ius porrectũ, C. de sacrosanct. eccle. Idẽ in l. cũ ambig. ſ. & ibi Ang. de leg. idẽ in addit ad Spe. in tit. de institu. edi. in vl-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sti, & in hoc tene mẽti istum tex. & per hoc limita c. innotuit, de arbit. & credo hoc ibi tetigisse. No. ꝙ in numero compromissariorum, non est vis, potest enim vniuersitas eos eligere in numero sibi grato, arg. hic iuncto c. cum in iure, & c. cum dilectus, ℑ. e. Et quod hic dr de vniuersitate ecclesiastica, idem dicer ẽ in qualibet vniuersitate, vt possit potestatem eligendi superiorẽ, in alios committere, arg. hic, & ℑ. eo. c. quia propter, & in regula, Qui per alium facit, de reg. iur. lib. 6. No. ibi, [Qui præstito iuro,] ꝙ isti compromissarij deputati ad eligẽdum possunt adstringi iuro, vt electionis negotium fideliter, & canonice explicent. Facit ad id, quod dixi de iuro arbitrorum, in c. 2. de arbi. non tñ puto, ꝙ istud iurm sit substantia, sed istud fuit ex forma commissionis sibi facta. Ad hoc quod no. in c. cum dilectus, de consuet. † No. ibi. [A singulis de capitulo statutum est, & c.] argu. quod cõpromissum super potestate eligendi, non potest fieri, nisi omnibus & singulis canonicis * consentientibus, [a] & facit tex. ℑ. eo. c. quia pp, tenent cõiter Docto. hic, & in c. quia pp, & in c. scriptum, ℑ. eod. Vnde non sufficit hoc casu, maior pars [b] capituli. Ratio, quia cuiuslibet interest singulariter, vt eligat per se, non per alium, ideo quilibet potest contradicere, ne fiat compromissum. Et in re communi potior est conditio prohibentis, vt in rec. in re communi, de regul. iur. lib. 6. & in l. Sabinus, ff. cõi divid. Et tene menti hoc dictũ. Imo. plus dicunt * cõiter hic Doct. & originaliter fuit dictũ Cõpost. ꝙ non valet compromissum factum ab vno, nomine oĩum, aliis præsentibus, & non contradicentibus, quia cum ista res non sit leuis, immo magnæ importantiæ, debent sigillatim omnes inquiri, & expresse consentire. Et no. hoc dictum sin. nec tradas obsitioni, ex quo potest sumi hæc regula, ꝙ in arduis explicandis in vniuersitate, debent omnes expresse consentire. Nec sufficit, ꝙ actus explicetur per alios nomine illorum, licet illi taceant, [c] & non contradicant, quia in re onerosa, & graui, debet interuenire consensus expressus, nec taciturnitas hr pro consensu. [d] Facit ad hoc quod no. Inn. in c. in Genesi. ℑ. eo. & gl. in reg. is qui tacet, lib. 6. secus potest dici in re leui, & maxime cõcupiscibili, vt tunc taciturnitas habeatur pro consensu, vt no. in locis præal. Ex quibus potest sumi singularis limitatio ad no. per Inno. in c. 1. de his, quę fi. a ma. par. cap. Vbi no. dicit, ꝙ si in capitulo tractatur aliquid illicitum, & damnabile, tenentur illi de vniuersitate contradicere, alias si non contradicunt, habentur pro consentientibus, & inuoluuntur peccato. & pena peccati cũ aliis consentientibus expresse, vt istud dictum procedat quoad euitãdum peccatum, ne sub velamine taciturnitatis, peccatum nutriatur, sed quoad validitatem actus, tene quod ſ. dixi, & hoc no. No. ibi, [Capitulo publicarũt. ꝙ postulatio, siue electio est in capitulo publicanda. & aliqui dicunt ꝙ ẽt populo est publicanda. ꝙ non est damnabile, ſm Inno. No. ibi, [Qui remanserant in capitulo,] ꝙ licet capitulum eligat prælatum in loco capitulari, compromissarij tamen a capitulo deputati, non tenentur de necessitate in capitulo eligere prelatum. Nam, vt hic vides, isti compromissarij secesserunt in partem ad tractandum de electione, canonicis remanentibus in capitulo. Et facit ad ea, quæ dixi ſ. eod. c. quod sicut, vt non sit vis, in quo loco fiat electio, dummodo fiat intra ambitũ ecclesiæ cathedralis. No. ibi. [Inhibuerunt eis ex parte nostra.] & tene menti istum tex. pro consuetudine istorum inferiorum, qui cum timent molestari, præcipiunt ex parte Regis, seu potestatis, ne eis fiat iniuria, licet a Rege, seu Potestate non habuerint hanc facultatẽ præcipiendi. Nam capitulum præcipit hoc istis cõpromissariis ex parte papæ ne ad vlteriora procederent, & tamen a papa nulla super hoc receperunt potestatem, vt colligitur ℑ. ex versi. [Quia vero.] Et dicit Ioan. And. hic, ꝙ hic ponitur mos istorum vulgariũ, quasi sentiat, ꝙ de iure tale mandatũ nihil inducat. † Sed tu adde vnũ tex. iuris ciuilis, in l. de pupillo, in §. si quis ipsi ꝓtori, ff. de no. ope. nun. vbi ſm lect. secundam, quam ibi sentit gl. & notanter defendit Bar. probatur, ꝙ si quis protestatur alicui, ne edificet nouum opus, & arripiat iter eundi ad superiorem, talis protestatio cum arreptione itineris, habet vim denunciationis, ita. ꝙ quicquid postea ædificatur, venit destruendum, ac si denunciatio fuisset facta. Nam secundum Bart. ibi, videtur talis exarreptione itineris [e] ad superiorem, positus sub protectione superioris, far. in c. dilecti, in fra de ap. & quod no. per Inn. & Io. An. in c. vt debitus, eod. titu. Per hoc potest inferri, si timens iniuriam sibi inferri, præcipiat illi, ne iniuriam sibi inferat, & arripiat iter eundi ad principem, ꝙ per hoc videtur positus sub protectione principis, vt sic istud ꝓceptum cum arreptione itineris habeat vim cuiusdam appellationis extraiudicialis, ex quo puto ꝙ grauius venit ille puniendus, ꝙ intulit iniuriam post præceptum cum arreptione itineris, quam si ista nõ ꝓcessissent. Nam vẽ. q. inferẽs iuiuriã cõtemserit, nedũ ius, sed ẽt eum, in cuius, ꝓtectionẽ iste se ponit, ꝙ diligenter no. Et pondera, ꝙ papa non redarguit capitulũ de præcepto tal'r facto, qa nõ fuit factũ ato cõmittẽdi falsum, sed reppellẽdi iniuriã, quam credebant sibi inferri, si nõ consentirent cõuocationi capituli. † No. ibi [campanam g pulsari fecerit.] ꝙ vniuersitas põt ꝙ gregari per sonũ campanæ, [h] vbi est hoc de more. Et no. diligẽter hũc tex. pro cõi obseruantia. Et dicit no. Inno. sufficere hoc signũ in minoribus negotiis, sed in electionibus, in quibus debent absentes vocari, nõ sufficit sonus capanæ, sed debẽt absentes vocari ꝓ nuncium vel lras, vt in c. cũ inter vniuer. ſ. eo. & ℑ. e. c. quia ꝓpter. l. fi. C. de præd. decu. li. 10. Et põt circa hoc dari hæc regula, ꝙ in negotiis, ꝙ possunt expediri ꝓ psentes, ꝙ est regulare, iuxta ea, ꝓ gl. in c. 2. de testi. li. 6 sufficit vocatio per sonũ cãpanæ, dummodo talis sit cãpana, ꝙ ipsius sonus puenire possit ad intelligentia existentiũ in loco. Sed in negotiis, in qbus absentes sunt vocandi, non sufficit vocatio ꝓ sonũ cãpanæ, sed debent absentes vocari mõ ꝓdicto, vt in iuribus ꝑal. † No. ibi, [De cõsensu totius capituli est esset facta.] tex. no. qd illud qd fit per cõmissariũ, fingitur esse factũ per ipsum cõmittentẽ. [i] Vnde ficit iste tex. ad qõnẽ nos & quotidianam, de qua alias in facto fui consultus. Quidam testator [k] mãdauit certa bona sua distribui in pias causas, ſm qd videbitur suis executoribus, testamenti istius executores elegerũt negotiũ priuilegiatũ, vt puta, fabricã eccle siæ. Eps loci petebat quartã bonorũ legatorũ. Replicat, ꝙ de relicto facto pro fabrica, nõ debẽt quarta, vt in c. fi. de testa. Replicabat, ꝙ testator nõ elegerat fabricã, sed executores, ꝙ rebatur, quid iuris? respondi, [l] quod non debebatur quarta, quia illud quod fit ꝑ executores testamenti, vr factũ ꝓ ipsum testatorẽ. Vnde perinde est, ac si ipse testator elegisset fabricam, arg. opt. hic, & in l. vnũ ex familia, ff. de lega. 2. & ibi hoc firmat Bar. per illum tex. Et ex his habes ꝓ nam practicam impediendi quartam Epi, ꝙ vbi testator reliquit in genere ad pias causas, facias ꝙ executor testamenti eligat aliqã priuilegiatam, ex qua non debeatur quarta. Et quæ sint ex priuilegiatæ, dic, vt legit, & no. in d. c. fi. & in c. 1. de sepul. † No. ibi, [Quia iam in tractatu processerant.] tex. valde no. facientem ad multa, ex quo potest instrui, quando negotium extraiudiciale desinit esse integrum. Nam ex quo negotium incœpit agitari, & tractari, non dicitur amplius integrum. Et latius prosequitur Inn. dicens ꝙ cum attinguntur substantialia ipsius negotii, desinit esse integrum, puta, cum incœperunt tractare de persona eligenda. Secus si solummodo sint expleta aliqua pertinentia ad lennitatem actus, vt quia dixerunt missam de Spiritu sancto degerunt, vel quid simile, facit quod legitur. & no. in clem. fi. de prob. cũ No. vlt. ibi, [Vtilem, & necessariam inueneritis, & c.] ꝙ Episcopus electus, vel postulatus ad aliam ecclesiam, non debet tractare sine noua examinatione. Et sic videtur, ꝙ Episcopus vtilis vnius ecclesiæ, nõ præsumatur vtilis alteri, vel forte hoc fit, quia ex postfacto potuit effici inutilis, arg. in c. veritatis, de dolo & contum. [8] c. licet Hely. de simo. † Potest etiam notari ex principio literæ [m] aliud bonum dictum, ꝙ illud dicitur fieri concorditer, [m] quod fit per omnes, nemine discrepante. Secus si fiat per maiorem partem, vnde illud quod fit per maiorem partem, non dicitur concorditer fieri, quod probat textus, ibi, [concorditer, vel tres ex talis, & c.] Vbi tex. ponit ista, vt diuersa. Idem videtur probari quorundam, infra eod. lib. 6. tenet gl. in cle. ne Romani. de elect.

ADDITIONES.

a Zach. Omnibus, & singulis canon. consentientibus. Vno enim contradente. non procederet vt not. per Manda. plene in 1. parte, c. 39. & in gl. in verbo non valeret, & per eundem fol. 8. in 2. parte, in glo. in uer. ſpecialiter, in tract. de elect. Doct. in c. quia propter, isto tit.

b Maior pars. Intellige, & limita, ut pulchre per Abb. in c. cum omnes, in ma. supra de constitu. Aeneas Fale.

c Ta ceant. Adde videndum Roma. consi. 352.

d Seb. Sap. Pro consensu. Vide Alex. in l. quæ dotis, ff. ſolu. matri. late per Soc. in c. cum M. Ferrariensis, col. 16. ſupra de consti. Abb. in cons. 89 col. 2. versi. seq. in 1. vol. & in c. ex parte Decani, col. 3. cum seq. supra de rescrip.

e Arreptione itineris. Adde nouiſſ. maxime Ale. in d. l. de pupillo.

f Seb. Sap. Superioris. Vide Fulgos. in l. 1. C. ut lit. pend. ubi ad hoc no. illum textum.

g Seb. Sap. Campanam. Vide Bar. in l. 2. C. de decu. lib. 10. Bal. & Paul. de Cast. in l. 1. ff. de procur.

h Per sonum campanæ. Adde Ang. consi. 216. & uide qualiter vniuersitas repretur, licet sono campæ non fuerit conuocata, Per. de Ancha. consi. 257.

Zac. Adde ac. Rebuf. in rub. de mun. patri. li. 2. nu. 1. & ibi in additio, ubi limitat materiam, de qua in ista apostil. & quam idem ponit l. quinque, nu. 1. & qua si per totam l. & ibi in additio. C. de decur. eod. libro. 10.

Ang. Fran. Quæ & quot significentur per sonum campanæ, vide no. glo. in c. fi capitulo, de concef. præb. lib 6. Et de officio campanæ, & vnde trahatur, vide Io. And. & Do. post eum in c. i. de offic. custo. & si monasterium ædificatur de nouo in parochia alicuius, an ibi possit poni campana, inuito rectore parochiali, vide Ioan. And. in c. patientibus, de priuil. Et quid si debeat, quando in loco non esset campana, vel esset fracta, vt non audiri pulsari, vel non posset pulsari ratione temporis, vt in parasceue, & actum requireret sonum campanæ, vide Bar. in l. i. §. hoc senatus, ff. ad Syll. & in l. fracta, §. tempus, ff. de pœn. & Bal. in l. fed & si fuscepertit, ff. de iud. Et de campana, etiam vide Io. And in c. Ioan. de homi.

i Committentem. Adde Romanum consi. 116. vbi dicit quod electio Archiepiscopi facta de mandato Florentinorum non potest reuocari ab Archiepiscopo ne consensu Floren.

K Seb. Sap. Quidam testator. Vide Bal. in authen. ſimiliter, C. ad legem Falcid. & in l. ſi quis ad declinandam, colum. 18. C. de epiſc. & cleri. vide quod in ſimili consuluit Pet. de Anch. in consi. 43 o. vbi ponit de executoribus, qui egerunt fratres minores ad celebrandas missas.

l Respondi. Adde eius consi. 110. 2. lib.

m Concorditer. Adde Rom. consi. 512.

9 dixi plene in c. non põt, de re iud. Et no. de † notabili & quotidiana q. ad q̃ inducitur iste tex. Emanauit ꝑconiũ ꝓ ꝑsidẽ vniuersitatis cuiusdã castri. vt audita cãpana, veniẽt oẽs ad electionẽ certã faciẽdã. Demũ pulsata cãpana ex cẽtũ, q erãt i vniuersitate castri- a dere ad electionẽ faciẽdam? [a] Hanc qõnẽ disputauit quidam Iac. Dyni. Bon. canonicus, vt hic refert Io. And. & in effectu concluſit. ꝙ ex quo citatio emanauit per habẽtẽ ptãtẽ, isti venientes pñt eligere. Allegat not. in c. 1. de maiorita. & obed. Sed ſi citatio fuit facta, nõ per præſidentem vniuersitati, sed aliquibus de vniuersitate procurãtibus, ſubdiſtinguitur, aut labebatur tempus præfixum ad eligendum, & põt minor pars præsens, alios vocare ad eligendum, ne currat ſibi tempus. Aut non labebatur tẽpus, & tũc non ſufficit minor pars. quia hoc ſpectat ad maiorem partem, & oportet tunc, ꝙ veniant duæ partes, & valebit, quod faciet maior pars, vt in l. quod maior, ff. ad muni. Io. And. remittit ad no. in c. cum nobis, ſ. eo. & ibi pleniſſime dixi. Sed aduerte, quia ibi ſolũ tractatur ad quem ſpectet præfixio termini ad eligendum, & de hoc dicendum, vt ibi. Sed prima pars huius queſtionis non tractatur ibi. vnde no. ex principio huius q. ꝙ qñ conuocatio vniuerſitatis fit per eum, ad quem de iure, vel cõſuetudine ſpectat conuocatio vniuerſitatis, tunc talis citatio ꝓſtituit non venientes in contumacia, adeo ꝙ veniẽtes dũtaxat pñt explicare ea, q̃ incũbebant agẽda, licet veniẽtes ſi faciãt maiorẽ ptẽ, ſed lõge minorẽ. Hoc dicũ ſentit Inn. in d. c. 1. de ma. & obe. ſed non fuit ita ſpecifice locutus, & idem ſenſit in c. 3. de no. ope. nun. vbi vide. & cõiter canoniſtæ in vtroq; loco ſolent trãſire eũ ꝓdictis. Et hoc ẽt admiror, qd nõ allegauerũt dicta Legiſtarũ in ꝓriũ, nec Bart. allegauit dicta canoniſtarũ. Nã Bar. expreſſe tenuit ꝓriũ in l. oẽs populi. in 3. q. prin. in prin. ff. de iuſt. & iu. vbi dicit, quod quantũcũq; vniuerſitas vocetur per magiſtratũ oportet tñ ad hoc, vt valeat quod fit in vniuerſitate, quod veniãt ſaltẽ duę partes, vt in l. nominationũ, C. de decu. li. 10. & in l. nulli, ff. qd cuiuſ. vnj. & ſpecialiter pro deciſione allegat l. fi. C. de præd. decu. lib. 10. vbi dicitur, ꝙ decretum non debet ex tabella recitari. q. d. ſm eum non ſufficere, ꝙ tabella, i per aliquod inſtrũm pulſatile, puocẽt vniuerſitas, ſed eſt neceſſe, vt ipſi veniant de vniuerſitate, ſaltẽ duę partes, & ita hodie practicatur in tota Tuſcia in vniuerſitatibus ciuitatum. Nunquam enim aliquid tractarent in conſilio, niſi venirent ſaltẽ duæ partes ꝓfiliatorũ. Cõciliũ. n. ciuitatis repræſentat totũ populũ, vt no. gl. C. q̃ ſit lon. conſ. ſuper rub. Mihi aũt placet dictum canoniſtarũ, ar. optimũ in c. cum nobis, ſ. eo. vbi dr, ꝙ vocati nolẽtes venire, faciunt ſe alienos. Et adde gl. in cle. quod circa, de elec. quæ dicit, ab fordum eſſe in numero computare illos, qui vocati venire nolue rũt. Pro hoc, quia ſicut ius vniuerſitatis poteſt reſidere in vno ſolo, alijs remotis, vel longe agentibus, vt no. in c. gratum, de poſtu. præla. & in l. ſicut, ff. quod cuiuſ. vni. Ita dicemus in alijs ꝓtumaciã ter nolentibus venire. Abſurdũ nãq; eſt ꝙ per ꝓtumaciã particularũ debeãt impediri negotia vniuerſitatis. Et ad dictam l. ſi. quã ꝓ ſe adducit Bar. põt reſpõderi, ꝙ illa litera, hoc nõ probat. Nam hẽt principaliter duos intellectus, Primus, ꝙ decretum non dẽt ex tabella recitari. i. per tabellionẽ, q a iſtud non eſt delegabile, & ſm iſtum intellectũ illa lex non facit ad ꝓpoſitũ. Ad l. nominatio nũ, & l. nulli, põt dici, ꝙ non loquuntur qñ conuocatio fuit facta ꝓ præſidentem vniuerſitati, & non vocati ſunt in contumacia, ſed qñ vniuerſitas per ſe congregatur. Nam oportet, ꝙ tunc ſint duæ partes ꝓſentes, ita ſentit Inn. in d. c. 2. de not. op. nun. & hæc no. In gl. in ꝓver. [Quia vero poſtulatio] in fi. nõ. bene iſtam gl. Ex qua colligẽ, ꝙ in mandato non ſolũ veniũt exꝑſſa in eo. ſed ẽt ea, q̃ ſunt preparatoria, & vicina [b] ipſis expreſſis, preſertim, qñ ex nõ expreſſo puenitur ad id qđ eſt expreſſum, ſicut hic, data ptãte eligendi, venit ptãs poſtulãdi. & idẽ tenuit gl. in c. nullus. 61. di. in fi. gl. ma. & in c. licet. 8. q. 1. Dixit tñ Hoſtiẽſis, ꝙ de rigore nõ veniret poſtulatio, ſed hoc cõꝓhendit ex quadã ęqtate. Sed ego allego tibi gl. in c. 1. de poſtula. prælat. in fi. q̃ vult, ꝙ ẽt in mã penali, ſub nomine electionis, veniat poſtulatio, cum per poſtulationẽ puenia tur ad ipſam electionem. Et vide quod ibi dixi, & optime facit l. oratio, ff. de ſpon. vbi dr, ꝙ prohibito [c] matrimonio, cenſentur ẽt prohibita ſponſalia de futuro, quia per ea peruenitur de facili ad matrimoniũ. Ad idẽ l. in quorũ. ff. de pig. vbi patet, ꝙ res ꝓhibita vẽdi, nõ põt pignorari, q a per pignorationẽ de facili peruenit ad deſtructionẽ, vt in l. 2. C. de iu. do. imp. Ita dicamus in ſimili, ꝙ cũ dãtes ptãt eligendi, intẽdant, vt eccleſiæ ꝓuideatur de paſtore, venit oĩs ptãs, ꝓ q̃ põt eccleſiæ ꝓuideri. Et ꝑtim hoc eſt admittendũ, qñ gratioſe daret alicui ptãs eligẽdi, dẽt. n. tũc fieri largiſſima interꝑtatio in ꝓiudiciũ ꝓcedentium, vt in c. cũ dilectus, de ꝓ fue. & in c. cũ olim, de ver. ſig. Et ad ꝓria allegata in gl. dic, ꝙ ꝓceđt in his, q̃ non ſunt ita ꝓiuncta mãdato principali. Iſta. n. nõ veniũt, & ita intellige c. cũ olim, ꝑl 2. de offi. del. & vide quod ibi dixi. † In gl. in ver. [cũ res nõ eſſet integra.] in fi. gl. iſta multũ variat in hoc ar. reſidet tãdẽ in opi. ꝙ ptãs data cõ ꝓmiſſariis, nõ põt revocari ẽt re integra exiſtẽte, qa nõ erat purũ mãdatũ, ſed potius q̃dã donatio, ſeu gratioſa ꝓceſſio iſtis cõpromiſſariis facta. Refert ẽt gl. tenuiſſe, ꝙ re integra, poſſit revocari, & hãc ſecundã opi. te- 11

nuerunt. Vin. & Goſ. hic, & ſ. eo. c. cauſam, & Hoſt. dicens hic, ꝙ cum res eſt integra, non intereſt iſtorum compromiſſariorum poteſtatem revocari, quia potuerũt ipſi in capitulo hẽre vocem ſicut alij. ſed ſi res non eſt integra, poſſunt prætendere intereſſe in revocatione poteſtatis, quia ſinguli ſciunt quibus ipſi fauebant, quod re integra ipſi neſciebant. Vnde cum incurrerint odium plurimorum, intereſt eorum, vt non revocetur mandatum. Hæc ratio Hoſ. non militaret, ſi compromiſſarij non eſſent de capitulo, quia revocata poteſtate, non haberent vocem in capitulo. Alij tenentes mediam viam diſtinguunt, & bene, concordando opi. contrarias, ꝙ aut vniuerſitas dedit hanc ptãtem ipſis compromiſſarijs, gra ipſorum compromiſſariorum, vt ſic eos honorarẽt in actu eligẽdi, & tũc ꝓcedat opi. gl. vt ẽt re integra, nõ poſſit ptãs revocari ꝓ rõnẽ gl. Aut hæc ptãs fuit data, nõ fauore ꝓſonarũ. ſed vt ꝓuideret eccleſiæ, forte facilius ꝓ viã cõpromiſſi, ita ꝙ iſti fuerũt deputati nudi miniſtri, & executores, & tũc ꝓcedit opi. ꝓria, vt reintegra poſſit revocari, ſecus re nõ integra, & in hoc caſu ꝓcedat iſte tex. & hãc diſtinctionẽ vr ap, pbare Io. And. hic, & cõiter Doc. ſequẽtes, & vr de mẽte Inn. in c. ꝓtitutus, de ꝓcef. & vide qđ ibi dixi. Nec ob. ſi dicat, ꝙ in hoc vltimo caſu revocatio dẽret admitti, ẽt re nõ integra, ſoluto intereſſe, cũ hoc ſit de nã mãdati, vt in l. ſi pecuniã, ff. de cõd. cau. da. Hoc. n. procedit ſm Inn. in ꝓphanis, nõ aũt in ſpiritualibus, q̃ non recipiũt rectã æſtimationẽ, iuxta no. in c. coră, de of. del. Et no. ſin. hoc dictũ, & taris placet mihi ꝑmiſſa diſtinctio. Nã prima opi. ꝓbari vr in d. c. ꝓtitutus, intelligẽdo vt ibi dixi. Scđa opi. vr ꝓbari hic in tex. nam fortiſſimũ eſt ar. a ꝓrio ſenſu, ex quo in iure nõ reperit ꝓriũ, vt in c. cũ Apoſtolica, de his q̃ fi. a ꝑl. & no. in c. publicato, ℑ. eo. Quid aũt dicẽdũ in dubio, ſi nõ apparet, an fauore eccleſiæ, anvero ꝑſonæ ſit data ptãs? Dicit hic D. Ant. ꝙ dẽmus cõſiderare, q d actum fuit ꝓ prius, quaſi velit dicere, poſſibile eſſet ꝙ compromiſſarij hoc petierũt ex gratia. Vnde licet verba commiſſionis non ſꝑiant gratiã, tamen in dubio intelliguntur ſecundum ea, quæ acta ſunt. Pro hoc allego l. ſi præſes, ff. de pę. & l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de le. 1. Si autem non poteſt apparere per ea, quæ præmiſſa ſunt, dicit ꝑ- 2
ſumendum, quod potius voluerit capitulum prouidere eccleſiæ, quam facere gratiam compromiſſarijs, † quia gratia non eſt preſumenda ſecundum eum, alleg. c. fi. infra de transla. Epi. ſed poſſet [d] allegari melius l. cum de indebito. ff. de probatio. in fi. Et no. d
gloſ. in l. cum quid. fi. ſi cer. pe. quę no. dicit, quod ſi dico vni, [Tolle hanc pecuniam.] non præſumitur donatio, ſed potius mutuũ, vel depoſitum, quia nemo præſumitur iactare ſuum, vt in c. ſuꝑ eo, de regu. & d. l. cum de indebito. Et no. ex prædictis naturam iſtorum compromiſſorum. † In gloſ. fi. in fi. Not. bene iſtam glo. 13
in fin. nam ſentit hic veram, & communem op. quæ tenetur in capitulo, bone. 2. de poſtul. prælato. quod poſtulantes poſſunt recedere a poſtulatione, antequam poſtulatio ſit ſuperiori præſentata, [e] licet aliud ſit in electione, vt in capitulo, publicato, c
infra eodem. Et ad iſtum tex. qui videtur obſtare, cum capitulum non potuerit recedere ab illa poſtulatione, reſpondet gl. quod obſtabat huic capitulo fides preſtita, quia promiſerat illis compromiſſarijs recipere illum, quem ipſi eligerent. Et ſic habes caſum not. in quo a poſtulatione non poteſt recedi, etiam antequam ſit ſupriori præſentata. Puto tamen quòd ſi compromiſſarij conſentirent revocationi, quod poſſet capitulum ab illa recedere, antequam eſſet ſuperiori præſentata, quia poſtulatus non poteſt prætendere intereſſe, cum ſibi ius non ſit quæſitum, iux. no. in capitulo, poſtulationem, de poſtul. præl. Et ex hoc poteſt ſolui aliud contrarium, quod formari poteſt de c. ſcriptum, infra eod. vbi patet ꝙ poſtulatio non præſertur electioni, niſi ſit facta a duplo maiori parte. Sol. illud ꝓcedit qñ poſtulatio, & electio de diuerſis

ADDITIONES

a Seb. Sapia. Electionem faciendam. Vide Bal. in l. 1. colu. vlti. C. quan. non peten. par. vbi dicit, quod qui nolunt congregari propter contumaciam, priuantur eorum voce, & habet locum ius accreſcendi, quia ius eligendi. accreſcit præſentibus, & ſic ſecundum eum poteſt facere Rector ſtudij, ſi duæ partes ſcholarium nolunt congregari, poteſt priuare contumaces vocibus, & præſentibus accreſcent, vide etiam Bald. in l. 2. §. 1. colu. 3. C. commu. de leg. vide etiam Bald. in margarita ſua in ver. vocati. ubi dicit, quod quando aliqui ſunt contumaces, præſentes poſſunt eligere, ſi volunt, & hoc eſt uti ius eccleſiæ propter moram.

b Et vicina. Adde Roma consi. 114. & 94. dicit tamen idem Rom. consi. 330. quod habens mandatũ ad admiſſionem poſtulationis, & ad abſoluendum a vinculo prioris eccleſiæ, non poteſt profiliere ad actum translationis. Et per hoc, ꝙ hic dicit Abb. idem consi. 65. dicit, ꝙ executoribus, quibus data eſt poteſtas contrahendi matrimonium, videtur data poteſtas contrahendi ſponſalia.

c Seb. Sap. Prohibito. Vide D. Ia. ſi in l. 2. col. fi. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum Abb. in capitulo, in pri. verbis. ſupra de conſtitu. & in c. ſi celebrat, de cler. excom. mini.

d Seb. Sapia. Sed poſſet. Facit text. in l. ſi quando, in princ. C. de inoffic. teſta. cum alleg. per gloſ. & alleg. per Moder. in l. ex facto, in princ. ff. de uulga. & pupil.

e Præſentata. Adde Pet. de Anchar. conſi. 211.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuersis factæ concurrerent, hic autem deficiebat potestas in electoribus, quia eam transtulerant in illos compromissarios, nec poterant illam potestatem reuocare, cum res non esset integra.
14 †Sed circa prædicta, & circa tex. dubitatur, vtrum in casu, in quo potest potestas reuocari, qualis debeat esse reuocatio? Innoc. tenet, ꝙ debet esse expressa, nec sufficit tacita, puta, si capitulum, re integra, procederet ad alium eligendum. Nisi enim reuocatio intimetur ipsis compromissarijs, teneret electio secundum eum, arg. in l. proponebatur. ff. de iud. Puto hoc dictum Innoc. procedere, nisi præcederet electio capituli. Nam tunc non video, quomodo possit tenere electio compromissariorum, licet ignorauerint eam, quoniam ex quo res est integra, potestas permansit apud capitulum, vt in d.c. dudum, de præb. li. 6. Secunda vero electio reperitur facta post primam, ergo non debet tenere, ar. eius, quod legitur, & no. in matrimonio carnali, in c. fi. de procur. lib.
15 6 †Et ex isto tex. potest colligi vna notabilis differentia inter matrimonium carnale, & spirituale. Nam ad contrahendum matrimonium spirituale, sufficit dare mandatum aliquibus, in genere, vt hic, sed in carnali matrimonio oportet, ꝙ detur speciale mandatum ad contrahendum cum certa persona, [a] alias mandatum
a non est sufficiens, vt est tex. no. in l. generali. ff. de ri. nup. & est glo.
16 no. in præd. c. fi. quam tenebis semper menti. †Vlterius quæritur, nunquid vnus solus de capitulo, possit re integra reuocare compromissum. Inno. & Compost. dicunt, ꝙ sic, quia sicut a prin. potest vnus solus resistere, ne fiat compromissum, vt supra dixi, ita vnus solus re integra, debet posse compromissum reuocare, vt in l. Vranius, ff. de fideiuss. Contrarium tamen tenuit hic Gasp. de Calder. quia ex quo compromissum est factum per totum capitulum, cum isti compromissarij sint quasi procuratores istius capituli, & non istius singularis tantum, non potest ipse solus reuo
b care. Et hoc dictum plus placet mihi, [b] quia ex quo compromis
c sum [c] semel tenuit, oportet quod maior pars concurrat in reuocatione, argu. in c. 1. de his, quæ fi. a maio. par. ca. & l. quod maior,
17 ff. ad mun. †Item quæritur, quid si vnus ex compromissarijs est ex
d communicatus, [d] nūquid vitiaretur tota electio? concludunt cō muniter Doc. ꝙ aut est excommunicatus publicè, & non tenet electio etiam aliorum, arg. in c. fi. de procur. & c. ad probandum, de re iud. Si autem esset occultè excommunicatus, & tunc, si nō remanet maior pars in non excommunicatis, puta, quia erant duo compromissarij, & tunc etiam non tenet electio, arg in l. Pedius. ff. de arb. secus si maior pars remansit in aliis, ad quod facit quod no. in c. illa. infra e. & in d.c. fi. de procu. Et hęc no. quia possunt adduci ad alios actus explicandos per vniuersitatem, vtrum. s. excōicatio vnius inficiat totū, quod fit ab vniuersitate, & dicendum est, vt s. & plenius dixi in d.c. illa, & in d.c. fi. Abbas.

ADDITIONES.

a Certa persona. Adde, ut per Ant. de But. conf 65.
b Zac. Plus placet mihi. Adde pro ista opi. Roma. consi. 352. col. 3. ver. quoad tertium. Oldra. cons. 120. Feli. in c. 1. col. 1. ver. quæ sit uerior, de maioritat. & obedien. & Card. Mandag. expresse tenentem in suo tracta. de elect. par. 1. c. 49. ubi aliqua d, & in gl. ubi tenet ꝙ solus, non tantum compromissum re integra reuocare non potest, sed nec minor pars,
d Seb. Sapia. Compromissum. Hæc opin. videtur verior per regulam, ꝙ solennitas, quæ requiritur in actus celebratione, requiritur etiam in eius resolutione, auth. econtra, si filij fam. & ibi Bar. ad hoc no. C. de rep. gl. in l. tria prędia. vbi Pau. de Cast. ff. de fer. rust. præd. no. Bar. in l actor, in pe. col. ff. rem ra. ha. no. Do Ias. in l quod iussit, col. 3. de re iudi. & alibi sæpe.
d Excommunicatus. Adde, vt per Roma. consi. 406. ubi ponit de rescripto impetrato a duobus, quorum vnus erat excommunicatus.
Zac. Adde quod voluit Ale. consi. 406. ad fi. & adde eundem Roma. sing. 528. incip. nunquid rescriptum. ubi concludit, quod si est impetratum super re communi, quod tunc valet pro parte illius, ꝙui non est excommunicatus, secus si super re communi indiuisibili, quia tunc non valet, allegIoā. And. in c. vtile, in fua nouel. de re. iu. Tu adde eundem in c. 1. de rescript. lib. 6. & Fel. in c. venerabilem, col. 2. ver. fallit, 2. de exceptio.
Ant. Fran. Et adde ꝙ in materia separabili, & diuisibili, nunquam vtile vitiatur per per inutile, aliàs secus, uide Bar. & Do. in l. Græce. §. illud, ff. de fideiuss. & vide quæ habentur in c. sacrosan. de elect. quando inhabiles admittuntur cum habilibus ad electionem, an vitietur tota electio, vel actus qui fit.

SVMMARIVM.

1 *Electio canonicorum de consuetudine potest pertinere ad solum capitulum.*
2 *Lis potest esse inter Episcopum & capitulum, absque eo quod capitulum habeat curatorem ad litem.*
4 *Libellus potest continere plures petitiones contra eundem reum.*
5 *Possessio antiquior, habet præsumptionem pro se.*
6 *Consuetudo generalis, an debeat extendi ad loca particularia.*
Præscriptio requirit titulum.
7 *Potestas conferendi præbendas, non deuoluitur ad superiorem, propter negligentiam, si ibi non est diuisus certus numerus præbendarum.*
8 *Collatio beneficiorum, vel dignitatum, ad quem spectet de iure communi.*
9 *Parochiani, vtrum præsumantur patroni, si sunt in possessione præsentandi, & non reperitur alter patronus.*
10 *Consuetudo præfertur iuri communi, etiam in prouisione beneficiorum.*
11 *Iniuria non committitur ab illo, qui vtitur iure suo.*
12 *Habentes potestatem eligendi, si intra tempus præfixum non eligunt, transmittunt potestatem eligendi in superiorem, etiam si sint discordantes in eligendo.*

CAP. XXXI.

1 **Cum ecclesia.** †De consuetudine, potest canonico
rum electio ad solum capitulum pertinere. h. d. & solet quotidie allegari. Primo ponitur consultatio. Secundo responsio, ibi [mandamus.] Casus literalis. Ecclesia Vulterana, canonicorum obsequio, longo tempore fuerat destituta, vnde Vulteranus Episcopus, quoddā canonicos elegit, & instituit in eadem, sed canonici eos recipere nolebant, dicentes, ꝙ talis electio in eorum fuerat præiudicium attentata, propter quod Episcopus contra canonicos illos, literas Apostolicas ad Florentinū Arch. impetrauit, corā quo petebat Eps, vt canonicos prohiberet ab iniuria, q̄ faciebant eidem super electione dictorum canonicorum. Secundo petebat, vt canonici, ipsum Epm iure electionis, liberè vti de cætero paterētur. Florentinus Arch. lite sup prædictis articulis cont. & receptis probationibus vtriusque partis, dubitauit, qualiter super prædictis deberet procedere, constituit Dominum papam, causam instructam remittēdo ad ipsum. Ipse respondet eidem, vt super primo artic. in quo petebat Eps, vt canonicos prohiberet ab iniuria, quam faciebant eidem super electione prædictorum canonicorum, absoluat canonicos Vulteranos ab impetitione Episcopi, quia non vī iniuriam facere, qui vtitur iure suo, cum per testes longe melius sit probatum, ꝙ canonici illo iure fuerūt vsi, antequam Episcopus Vulteranus. In secundo artic. quo idem Eps petebat, vt paterentur Epm vti libere de cætero, iure electionis, absoluit similiter canonicos prædictos, cum sit notorium, ꝙ in Tuscia generalis consuetudo seruetur, vt canonici in cathedralibus ecclesiis irrequisito Episcopo, eligā canonicos habeant potestatem. Bernia. No. ibi, [Debito obsequio, &c. iunct. gl. 1.] ꝙ licet in ecclesia non sit statutus numerus canonicorum, nihilominus non potest illa ecclesia defraudari debito obsequio canonicorum. Et dic, ꝙ dī defraudari, habito respectu ad consuetudinem ecclesiæ, vt si consueuerunt esse plures canonici, nunc autem sint paucissimi. Et idem sentit gl. in c. ex parte. Astensis, de concess. præb. in fi. vide quod ibi dixi, & in hoc tene menti istum textum, etiam pro ecclesijs regularibus, in quibus regulariter nō solet esse certus numerus canonicorum. Nam ex consuetudine antiqua, potest depræhendi, vtrum eccle-
a sia fraudetur in debito obsequio [a] monachorum, & adde quod
2 dixi in d.c. ex parte. †Secūdo no. ibi, [Eligit, & instituit.] q̄d electio
b canonicorum potest pertinere ad vnum [b] tm̄, puta ad Epm. Nā hoc obtinuisset Eps, nisi canonici habuissent meliores probationes. probatur ergo per istum textum sic inductum, ꝙ sicut ex consuetudine potest electio canonicorum pertinere ad solum capitulum, ita potest pertinere ad solum Episcopum, vt hic, & dicit c. ea noscitur, j. de his quæ fiunt a præla. Potest etiam pertinere de iure speciali ad alium prælatum, vt in c. fi. de institut. vbi dominatio præbendarum in ecclesia Patracen. pertinebat ad quendā Abbatem. Dixit tm̄ hic Host. ꝙ non proprie dī electio, cum pertineat ad vnū, sed potius canonicorū (A) creatio. Hoc dictū parum procedere, q̄n non expectaret alterius cōfirmatio. Nam pōt receptio, seu creatio pertinere ad capitulū, sine alia confirmatione superioris, & ex sola receptione, creatur ius canoniæ, facit c. ē in ecclesijs, de pb. li. 6. & ꝙ no. Inn. in c. trāsmissam, s. eo. ti. vbi vide. Sed si expectaī alterius confirmatio, puta, ga sic hēt cōsuetudo, vel priuilegiū, tūc pōt dici electio, licet ad vnū pertineat. Nā, & patronus dī quodāmō eligere, vt in c. nobis, de iur. pat. ga 1. eligi-
postea præsentat, vnde ex quo expectatur confirmatio superioris, debet dici electio, & non creatio. Sed dictū Host. p̄cedit quoad istū tex. in quo Eps p̄tēdebat p̄tātē creandi canonicos, & vide la
3 no. vbi s. †No. 3. ꝙ cā pōt esse in iudicio inter Epm, & suū capitulū absq; eo, ꝙ cap. det curator ad litē, licet gl. aliud senserit in c. fi-
4 gnificauit, j. de ap. & vide q̄d ibi dixi. † No. 4. ꝙ libellus pōt cōtinere plures petitiones p̄ eūdē reū, p̄c. dat c. veniēs, de p̄c. c. quærela, s. eo. cū fi. No. 5. ꝙ vtens iure suo, nō dī alicui facere iniuriā,
c licet resistat volūtati ēt superioris, [c] qa iniuria est, q̄n aliq̄ d nō iure fit in dedecus alterius, vt in l. 1. ff. de iniu. sed ex quo gs p̄tendit hēre ius, nō dī facere iniuriā. Ad idē bo. tex. in l. si actū. §. nō vī. ff. de re. iu. vbi dī, ꝙ nō vī vim facere, q cōtendit in iudicio actione
5 ordinaria, & in hoc no. istū tex. iuncta gl. 3. † No. ibi, [Antiquiorem memoratus.] ꝙ p̄sumendū est p. eo, qui. pbauit (B) antiquiorem possessionē, ad q̄d vide q̄d no. Inn. in c. sępe, de res. ispo. & q̄d legi-
6 tur, & no. in c. licet, de pb. & p Bar. in l. cū q̄rebat, C. vū vi. † No. vlt. ibi, [Gnalis p̄suetudo.] ꝙ p̄suetudo gnalis, puinciæ, dēt extendi ad loca particularia ipsius prouincię. Dixit tm̄ hic A. egid. ꝙ nō sufficeret generalis consuetudo, sine spāli consuetudine particularem.

ADDITIONES.

a Dubito obsequio. Adde Calder. conf. 24. de sta. reg.
b Vnum. Adde eundem consi. 38. 2. lib.
(A) Est gl. sing. in cle. quia contingit, in verb. elect. de relig. dom.
a Etiam superioris. Facit tex. in l. delator. ff. de iure fisc. & in l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de neg. gest. vbi gl. D cit Bal. in l. fi. in C. si quis aliquē test. prohib. ꝙ si quis procurat vtilitatem suam ex honesta causa, non dicit alicui facere iniuriam.
(B) Idem Fel. in c. cum accessissent. in fi. supra de constit.

larium locorum. Host. tñ in contrarium adducit c. super eo, j. de cens. & c. fi. de offi. Arc. & ita transeunt Doc. Sed tu dic clarius, & melius, ꝙ gñalis consuetudo nō dēt extendi ꝫ ius cōe, ad loca par
a ticularia, [a] in quib. nō est talis consuetudo. [b] Et idē puto vbi con
b suetudo gñalis esset alias multum onerosa, quia non debet extendi cum præiudicio illorum qui fuerunt diligentes, non admitto talem cōsuetudinem, vt no. voluit Inn. in c. fi. de offi. Arc. Pro hoc fa. regula, odia, de re. iu. li. 6. & c. cū cōtingat, de deci. & l. quod vero contra rationem, ff. de le. Et in his casib. pōt procedere opi. Aegi. Nam ista consuetudo, ꝙ canonici eligant canonicos irrequisito episcopo, est contra ius, vt statim dicetur super glo. ergo consuetudo generalis prouinciæ non sufficit, nisi adsit etiam cō
5 probatio per appellantē † Ratio diuersitatis est, quia appellatio iudicialis suspendit iurisdictionem iudicis, ex quo est legitima, vt in c. si a iudice, & c. non solum, de app. li. 6. & in c. pastoralis. §. præterea, & in c. super quæstionum, in fi. de offi. dele. merito, quicqd facit postea iudex, non tenet, cum sua iurisdictio sit suspensa. Sed appellatio extraiudicialis non suspendit potestatem competentem parti, quo minus possit vti iure suo, sed solum defendit appellantem, ne aliquid fiat contra appellationē. Nec releuat oblatio probationis, quia cum pars non sit iudex, non tenetur probationem admittere, solum ergo debet cassari, quod fit contra appellationem, & no post appellationem. Host. dicit hic se non videre, quin hæc electio tota dicatur facta contra appellationem, cū fuerit appellatum, ne fieret electio admisso procuratore non impediti. Nec ob. s̄m eum iudicium maioris partis, quia cum iste actus recipiendi procuratorem non impediti, sit voluntarius, nō habet locum l. quod maior. ff. ad mun. immo vnus solus potest resistere oībus, vt no. in c. cū omnes, de consti. & tene singulariter menti hoc dictum, & supra dixi latius. Io. And. concordādo has opi. distinguit, ꝙ aut tm̄ superat de tpe eligendi, ꝙ poterat recipi probatio minoris partis, & fieri electio, & procedit opin. Inn. Mihi placet primum dictum distinctionis. Nā licet iste tex. contentetur probatione iurali, non vī tñ excludere probationē per factum in ꝺrium faciendam, vt est gl. in c. 2. de temp. ord. li. 6. Et ſoleo allegare duos tex. qui hoc probant, ipsos iungendo, videlicet c. continebatur, de despō. impu. & c. proposuisti, de probat. & ibi tetigi. Sicut autem non possunt omnes de vniuersitate, vno solo resistente, cōicare vocem extraneo, vt in c. scriptū, sup. eo. & ibi dixi post Comp. ita non possunt hic admittere istū procuratorem non impediti, cum non hēat vocem, nisi intersit personaliter, ex illa interpositione, ergo potest vnus solus ꝺdicere, & probare contrarium, & per consequens appellare, si in ꝺrium fieret, vbi aūt vrget terminus electionis faciendæ, non tenētur contradicentes eligere cum maiori parte, illo admisso, nisi pars consentiret protestationi, quia aliās faceret sibi ꝓiudicium, ad hoc glo. no. in c. cumana, inf. eo. & quod ibi dicam. Abbas.

ADDITIONES.

a Zachar. Nisi sit impeditus. Adde, ꝙ non sufficit esse impeditum, immo requiritur iustum impedimentum, & quod duret tempore electionis faciendæ, & ꝙ de hoc præstet ipse constituens tabellioni mandatum procuratorium, facienti corporale super sacrosanctis euangelijs iusurādū, vt dixi in apost. ad istum in c. bonæ, in ver. impeditus, nu. 9. supra eo.
b Sit speciale. Adde Feder. consi. 104. cuius dicta sequitur Lap. alleg. 78.
c Seb. Sap. De collegio. Ad hoc facit, ꝙ qui subrogat aliquem in locum suum, debet subrogare talem, qui sit eiusdem qualitatis, vt in Doctore dicit Bar. in l. 1. C. de prin. agen. in reb. lib. 12. No. Bal. per illum tex. in l. paraboläi, C. de Episc. & cler. & ad hæc quæ dicit Abb. hic, vide Phil. Peru. in c. constituris, in fra de appel. Firma. in tract. de Epis. in 3. par. lib. 1. q. 13.
d In contrarium. Adde videndum quod pulchre voluit Rom. consi. 102.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio electionis, qualiter fieri debeat.*
2 *Electio clandestina, an sit ipso iure nulla.*
3 *Electio clandestina, an vitietur.*

1 §. Elections. † Not. ꝙ electio debet solenniter publicari. Qualiter autem fiat ista publi-
catio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

a catio,[a] dicunt Inn.& multi alij,ꝙ publicabit̃ clero, & populo p aliquẽ,nec est vis qualiter fiat,& cũ publicatio nõ sit de substantia satis est ꝙ electio nõ sit clãdestina. Host.vero dicit, ꝙ si publicatio nõ fit,sed omittit̃ cã nocẽdi electo,talis,omissõ nõ vitiat,argu. j.e.c.publicatio aliàs secus, vt hic Io. And. plus placet opi. Inn. satis mihi vr̃ ꝓbabilis opin. Host. ar. in c. nobis,& c. sicut. j. de sim. vbi patet,ꝙ dans pecuniam in acquisitione spiritualis iuris, in dãnum & fraudẽ alterius,nõ põt illi nocere,ita dicamus in omissio

2 ne huius publicationis,si fiat in fraudẽ electi. †Sed q̃ro,nũqd electio clandestina,sit ipso iure nulla. Sol. dic ꝙ sic, quod tenet gl. p istum tex. in c. vnico, j. vt eccl. bene. in verb. occulta. Et facit iste tex. in eo,ꝙ tales electiones reprobat,ergo inducitur nullitas ipso iure, vt in reg. quæ contra ius, de re. iu. li 6.& 10. dis. c. vides fili charissime,& in l. non dubium, C. de legi. Secus dic de collatione clandestina. Illa. n. tenet mero iure, licet sit suspecta, vt singulariter probatur in d. c. vnico.& dic vt ibi dixi. Nã vt ibi tetigi, credo posset attẽtari idem esse in electionibus in quibus necessario non est seruanda forma huius c. quod quando sit, dixi sup. in prima parte c. Num si clandestinitas, non hẽt vitiare collationem, q̃ hẽt vim electionis, & confirmationis, fortius vitiare non debet

b sam electionem [b] duntaxat. hic autem vitiatur ex pispositione huius c. quod solum prouidet, cum agitur de electione ecclesiæ.

c Q̃n autem electio dicat̃ clandestina? [c] gl. si. prosequtur, sed clarius Cõp. dicẽs illã esse clandestinam, de qua capitulum ordinauit. ꝙ clãdestina maneat, ꝙ nihil de ipsa dicatur a canonicis. Abbas.

ADDITIONES

a Zac. Ista publicatio. Adde per Car. Manda. in trac. suo de ele parte. 1. c. 25.& ibi gl. in uer. interiectos.

b Ipsam electionem. Adde,ꝙ hoc videtur dicendum, verum, nisi esset consuetudo,ꝙ etiam in electionibus non requirentibus formam huius c. forma tamen seruaretur, quia tunc propter consuetudinem, electio in talibus clandestina, est nulla, per ea quæ voluit Old. consi. 156.

c Seb. Sap. Clandestina. Vide Barto. in l. 2. C. de his, qui ex pub. rat. lib. 10. vbi dicitur clam fieri, quod non fit seruata consuetudine, uel consueta solennitate, licet fiat coram testibus vide etiam Barto. in l. 1. C. de præd. decur. lib. 10. in l. prohibere, ff. quod ui aut clam. in l. clam possidere &, in l. in fraudem. ff. de his, quibus ut indig.

SVMMARIVM.

1 *Consentiens electioni de se factæ, per abusum secularis potestatis, efficitur ineligibilis in alia dignitate,& electio est nulla 3.4.*
2 *Electus ad dignitatem ecclesiasticam a laico,& eandem obtinens a superiore ecclesiastico, adhuc iniuste illam tenet,& est excommunicatus, excommunicatione minori. 7.8.*
Princeps scienter dispensans cum inhabili, videtur illum habilitare.
4 *Laicus expriuilegio potest habere ius eligendi, secus ex consuetudine.*
5 *Electio facta per metum est ipso iure nulla. 5.*
6 *Excommunicatus minori excõcatione, celebrando efficitur irregularis.*

CAP. XLIII.

1 Quisquis. †Cõsentiens electioni de se factæ per abusum ptãtis secularis, efficitur ineligibilis ad dignitatem, & electio est nulla. Eligentes aũt a beneficijs per trienniũ suspenduntur,& tũc sunt priuati potestate eligẽdi. h.d.& duæ sunt partes. In prima punit electum consentientem. In secunda punit eligentes,& electionem vitiat, ibi, [Qui vero.] Casus lit. Frequenter eligebant̃ multi p impressionem, siue p abusum ptãtis secularis,& electi cõsentiebãt, ꝙ erat ꝺ ecclesiæ libertatẽ. Ne de cætero talia fiant, statuit concilium, ꝙ si aliquis electioni de se factæ ꝑsenserit ꝺ canonicã libertatẽ, ille careat cõmõ electionis.& fiat ineligibilis, & sine dispensatione ad aliquam non possit eligi dignitatem. Hæc est pœna illius, qui consentit. Sc̃do imponit pœnam electoribus q̃q; electionẽ taliter celebrare ꝓsumperint, q̃ dicit papa irritã, ipso iure ab officijs, & bñficijs, p triẽniũ suspendant̃, & sunt tũc eligendi potestate priuati. Ber. No. 1.& tene mẽti, ꝙ electio, ẽt facta per clericos, per abusum tñ potestatis secularis, est ipso iure nulla. Quod aperte colligitur ex eo, ꝙ tex. in verbo, ꝙ vero, dixit illam electionẽ esse irritã. Q̃n vero dicat electio facta p abusum ptãtis secularis, satis dicã cũ gl. 1. No. 2. ꝙ recipiẽs dignitatẽ

a p abusum [a] ptãtis secularis, ꝺhit irregularitatẽ quoad dignitates obtinẽdas, vñ nõ põt amplius sine dispẽsationẽ ꝓmoueri ad aliã dignitatẽ. Fortius ergo hic dicẽdũ, q̃n qs recipit dignitatẽ immediate a manib. laicorũ,& sic iste tex. vr̃ addere pœnã, seu inhabilitatẽ ad ea q̃ hñr 16.q.7. in c. si qs deinceps. †Et ex hoc,& ex tex. aptissimè põt inferri, ꝙ si recipiẽs dignitatẽ a manib. laicorũ, ẽa postea obtinet a superiore ecclesiastico, sine dispẽsatione tacita, vel exꝑssa, ꝙ iniuste eã obtinet, cũ, ex illa receptiõe iniuste facta, fuerit effectus inhabilis ad dignitatẽ obtinẽdam. Puto tñ, ꝙ si princeps. l. papa sciẽter prouideat de illa dignitate, in qua se intrusit, ꝙ videat̃ tacitè secũ dispẽsare, ar. eorũ, q̃ dixi in c. diuersis fallacijs, j. de cle. ꝙiu. Et facit, qd no. Bal. in l. Barb. ff. de offi. ꝓto. vbi ꝓcludit, ꝙ si princeps sciẽter, ꝓmouet inhabilẽ, cũ eo tacitè vr̃ dispẽsare, & facit l. qdã ꝙsiliebat. ff. de re iu. Secus aũt esset dicẽdũ in alio superiore citra papã. qa ille nõ cẽset dispẽsare, nisi saltẽ ꝓmiserit cãe cognitionẽ sup cã dispẽsãdi, de quo vide, qd no. per Io. And.& alios in c. fraternitati. j. de schi. Quæro primo, nũqd iste tex. hẽat locũ in elec. cuiuslibet dignitatis? Host. dicit ꝙ nõ, sed solũ proce-

dit ꝺm eũ, cũ qs ꝙ talem abusum eligit ad dignitatẽ, & hæc opi-
*. communiter * tenetur,& mihi satis placet, cum tex. hic loquatur
3 indistincte. †Secundo quæritur nunquid possit electus qui consensit huic electioni,& ꝺ formam huius c. promoueri in canonicũ, vel ad alia minora beneficia? Do. dicunt ꝙ sic, ga tex. iste solũ electum inhabilitat quoad dignitates. Dicit tñ hic Ab. ꝙ ad ecclesiam curatam non poterit promoueri, quia illa æquipararetur dignitati, j. eo. c. dudum. Hoc dictum mihi non placet, quia cum tex. iste sit pœnalis, debet proprie, & stricte intelligi, non autem large, & impropriè, vt in c. statutum, j. eod. lib. 6.& in reg. odia. de reg. iu. li. 6. Certum autem est ecclesiam simpliciter curatam, non esse proprie dignitatem, cum non hẽat iurisdictionem fori con-
b tẽtiosi, [b] iuxta ea, q̃ dixi in d. c. de multa, de præb. Tertio, & vltr. q. ritur, nunquid indistinctè hẽat locum iste tex. Doc. ponunt duas limitationes. Nã primo excipiunt. qñ laici hẽrent ex priuilegio ius eligendi. Secundo, qñ hoc habererẽt ex consuetudine, allegãt c. Adrianus. 63. dis. Placet mihi hæc limitatio, quia nõ dr̃ abusus, ex quo laici elegerunt ex priuilegio, vt in c. Adrianus. sed ista li-
c mitatio de consuetudine [c] mihi non placet, quia non potest̃ lis-
d cus [d] de consuetudine, ẽt maximi tpis, de cuius initio nõ est memoria, acquirere ius eligendi, ẽt vt coeligat cũ canonicis, vt j. de c. Massana,& per Io. And. in c. 2. de ꝓben. li 6. in nouel. vnde ꝓpriè talis vsus, potest dici abusus, & hæc consuetudo est põtius corruptela, vt in c. Massana, in fi. In gl. 1. ibi, vt laicus princeps, vel ptãs. Idem dic in laicis priuatis, si ipsi admittuntur ad eligendum vna cum clericis, electio sit ipso iure nulla,& irrita, vt in d. c. Massana, facit, quod nõt. gl. seq. Inno. aũt hic ponit tria exempla huius abusionis. Primo, cum clerici requirũt laicos, vt intersint electioni. Secundo, cum requirunt consensum principis secularis super
4 certa persona eligenda, ar. ff. eo. cum terra. † Tertio cum eligentibus aliquius secularis potẽtatus,& no. singulariter hoc vltimo. Vr̃. n. ex hoc Inn. sentire, ꝙ ele. facta per impressionẽ secularium sit ipso iure nulla. & ꝙ consentiẽs tali electioni incidat in pœnã hic posit̃am. contrarium tamen ipse sentit in c. quod sicut. & eo. vbi tenuit, ꝙ electio facta per metum, nõ est ipso iure nulla, sed
5 in hoc vlti. distingue, vt plene dixi in c. licet, ff. eo. † In gl. 1. ibi, liberum dẽt esse arbitrium.] No. hoc dictum, iuncto eo, qd sequitur in gl. Ex quo collige, ꝙ electio facta per metum est ipso iure nulla, ga licet fit ibi consensus, non est tñ liber, & idẽ no. gl. 1. sexto. bonæ, il 1.& facit tex. in c. dilectissimi. 8. q. 2.& in c. in nomine domini. 23. dis.& melius in c. vbi periculum, in §. cæterum. j. eod. lib. 6. vbi dicit tex. ꝙ cessat electio, vbi amittitur libertas eligendi. Limita, vt dixi in d. c. licet. Glo. in ver. [Ineligibilis fiat. ibi, [per futuri temporis.] no. bene hanc theoricam glo. ꝙ vbi canon quitur per verba futuri temporis, non inducit pœnam ipso facto,
e sed requiritur sententia [e] & idem no. gl. in reg. In pœnis, de reg. iu. lib. 6.& illa est plenior ista.& vide quod dixi plenius in c. genti, de fo. comp. Et no. glo. in quantum dicit, ꝙ per verba
f alienus,] &c. non inducitur canõ latæ sententiæ, [f] secus dicit hoc verbo, sit, vt no. glo. in c. quicunque de hær. lib. 6. dixi plenius in capitulo, 2. de fo. comp. Tamen, quo ad tex. nostrum dicitur bene, quòd pœna hic imponitur ipso iure, non ex proprio fundato huius verbi, [fiat,] sed ex his, quæ sequuntur in tex. multis in ob. c. ꝑterea, de iu. pat. vbi dr̃, ꝙ recipiẽs beneficiũ a laico, debet cõione priuari, ergo non est priuatus ipso iure. glo. non re-

ponde-

ADDITIONES.

a Per abusum. Adde, ut per Old. consi. 208.& consi. 1.

b Contentiosi. Adde quod uoluit Old. consi. 250.

c Zac. De consuetudine. Adde quicquid dicat iste, quod veritas est, quod tam ex consuetudine priui. competit laicis ius eligendi, no. Arch. Do. & Cardinalis Alex. in c. 1.& in c. Adri. lo 2. 63. dist. in c. dilecto, per illum tex. de testa. & ibi Ioan. de Imo. in c. nouit. de iudi. & per Abb. in c. 1. de his, quæ fiunt a prælato, sine consensu capituli. Et ad id, quod dixi supra in apost. ad istum cap. Ofius. in apost. in uer. populus, sup. eo. vide Ioan. de Imo. in c. 1. de his, quæ fiunt a prælato, sine consensu capituli.

d Non potest laicus. Vide d. Decium in c. decernimus. col. antepe. uer. 5. inferior infra de iud. nbi etiam tenent, ꝙ de consuetudine laicus non potest habere ius eligendi. etiam si habeat ius patronatus.

e Sententia. Adde Lud. Ro. consi. 307. si tamen diceretur, omnino, uel omnibus modis fiat alienus, non requireretur sua, sm eundem, primo singulariter.

Ant. Fran. Adde, ꝙ quando ista uerba, omnino, uel omnibus modis, apponuntur in aliquo actu habente significationem præcisam, ut in l. supra ff. de aqua. pl. ar. & exponitur ipso iure. gl. est singularis, secundum Bal. in l. si pecuniam, in uer. omnino. ff. depos. & adde aliam gl. in cle. 1. de ui. & ho. cle. in uer. omnino. & aliam in c. & si Christus. in uer. omnino, de iureiur. & adde, ꝙ hę dictiones, excludunt omnem dispensationem, ut est notabilis gl. in cle. ut hi, qui, de æta. & quali. in uer. omnib. mod. & adde etiam, ꝙ si dicatur, iuramentum esse omnino obseruandum, excluditur facultas dispensandi absolutionem. ita no. uoluit Arch. in c. 2. de pa. in 6. & habetur per Io. de Imo. in c. cum contingat, de iureiu. 1. char. Et de significatu istarum dictionum uide gl. 1. in c. dudum, de conuer. coniu. & quæ habentur in Clem. in §. illud, de fideiuss. & uide gl. in cle. 1. de ui. & ho. cle. & in c. quia saepe, de ele. l. 6. & in c. ne captandæ, de concess. præb. eo. li. & per Io. And. in regula, utile per inutile, de reg. iur. lib. 6. & uide quæ habentur in l. si cum exceptione, in §. quatenus, ff. quod met. causa.

f Seb. Sep. Latæ sententię. Vide d. Fel. in c. Rodulphus, col. 17. uersic. fiat, sup. de rescri. ubi refert, & sequitur Cal. hic tenentem, ꝙ uerbum fiat, quod apponit papa in supplicationibus, capitur pro nunc. i. de præsenti.

det, sed Inn. dicit illum tex. procedere, cum quis recipit beneficiũ in proprietate, secus si recipit in titulũ. Nã tunc grauius puniꝛtur, vt hic, & sentit glo. in c. si quis deinceps, 16. q. 7. Sed hæc rñsio non mihi placet. hẽmus circa istã materiã tria iura diuersa. Primo, d. c. si quis deinceps, 16. q. 7. vbi interdicitur ingressus ecclesiæ recipientib. dignitatẽ a manib. laicorũ, donec resipuerint. Secundo habemus d. c. præterea, vbi disponitur, ꝙ taliter recipientes, dẽnt cõione priuari. Tertio habemus istũ tex. q vr̃ inhabilitare istos ad dignitatẽ consequendã, vnde, si bene hæc iura ponderentur, nullã contrarietatẽ continent, sed vnũ suppletur p aliud.

7 †Et primo circa intellectũ c. si quis deinceps, est sciẽdum, ꝙ Inn. hic sentit, ꝙ recipiens dignitatẽ a laico, est excõicatus minori excõicatione per illud c. Et si ꝺ eũ ageretur in iudicio, deberet excõicari, & deponi per c. constitutiones, ea causa & q. Ille tñ tex. non loquitur de excõicatione minori expressè, sed solum dicit, [interdicimus ex parte Dei omnipotentis introitum eccl. donec resipuerit,] vnde possit dubitari, nunquid celebrando, antequam amittat dignitatem taliter acquisitã, efficiatur irregularis? & vr̃ primo, ꝙ sic per c. is, cui, de sen. excom. li. 6. vbi dr̃, ꝙ celebrans in ecc. incurrit irregularitatem, si sibi erat ingressus ecclesiæ inter-
a dictus, [a] & dicit ibi gl. illũ tex. procedere tam in interdicto hominis, q̃ iuris, sed ꝺm intellectum Inn. præmissum, esset dicẽdũ ꝺriũ, ga excõicatus excõicatione minori. celebrãdo, nõ efficit irregularis, vt in c. si celebrat, j. de cle. exc. mi. Sed ego cõsidero, ꝙ illud c. proprie non loquitur de suspensione, neq; de interdicto lato a iure. sed potius est quædam suspensio facta a Deo, approbata ibi per illum canonem, vt vr̃ sentire Inno. in d. c. si celebrat. in fi. col. vbi ponit notabilẽ theoricã, dicens, ꝙ cum quis suspenditur a canone, donec resipuerit, vr̃ potiũs suspẽsio Dei, q̃ canonis. sed potest dici, ꝙ sit canonis, per approbationẽ. Et ꝙ hoc intellectu facit præl. c. præterea, vbi non inducitur pœna suspensionis. Et ex hoc infertur, ꝙ si talis celebret, non efficeretur irregularis, quia non est suspensus a canone inferente pœnã, nec proprie interdr̃ sibi ingressus ecclesiæ a canone, licet de hoc posset dubitari. Et potius cõsulerem tali, ꝙ abstineret a celebratione, donec dimitteret dignitatem taliter acquisitam. c. vero, præterea, disponit, ꝙ talis debeat cõione priuari. i. excõicari, vt in c. ꝓstões, quia nec per istum tex. nec per iura antiqua, talis est excõicatus. Iste vero
8 tex. addit inhabilitatem nouam, vt sine dispensatione non possit promoueri ad aliquam dignitatem. †vnde coniungendo omnia iura prædicta, posſumus dicere, ꝙ consentiens electioni factæ p abusum secularis potestatis, seu recipiens dignitatẽ a manib. laici, est ipso facto suspensus, saltem quo ad se, cum sit in peccato. Item dẽt excõicari, nisi dimittat dignitatẽ sic acquisitam, nec de inceps põt, siue dispẽsatione, promoueri ad aliquã dignitatẽ, vt hic, & sic nulla est ꝓtietas inter iura prædicta. In ea. gl. ibi, [Cõsentisse vr̃.] hæc ratio gl. non est bo. Nam c. nuper, super quo se fundat, loquitur quo ad potestatẽ absoluendi ab excõicatione, vnde non dẽt trahi ad facultatẽ dispensandi. Pro hoc vide glo. in c. cupientes, in §. cæterum j. eo. lib. 6. Immo in facultate dispensandi, datur regula in oppositum. ſ. ꝙ vbi canon non indulget dispensã tionem, vr̃ illam inferiori prohibere, vt in c. dilectus, j. de tempo. ord. Dictum tñ gl. ꝙ epi possint hoc casu dispensare, cõiter tenetur per Doc præter Phil. hic, & Bar. Brix. in d. c. si quis deinceps, in addi. ad gl. hic d. Ant. variauit. Primo distinxit inter dignitatẽ episcopalem, & inferiores, vt primo casu non possit episcopus dispensare, vt in prin. c. sed in secundo sic, & in cap. qui vero, post. Et tenuit indistincte episcopum non posse dispensare, quia cũ
b ista sit constitutio concilii, [b] censetur dispẽsatio prohibita, vt nc. gl. in c. cum dilect. ſ. eo. Hoc dictum d. Ant. esset verum, si tex. iste non faceret mentionem de dispensatione, sed ex quo dixit posse dispensari, vr̃ indulsisse potestatem dispensandi episcopis, quia alias frustra faceret mentionem de dispensatione, cum nulli dubium sit papam in hoc posse dispensare, & hanc theoricã expresse ponit Inn. in d. c. dilec. & credo illam sequi d. Ant. in c. at si clerici. in §. de adult. de iud. vbi plenissime dixi de hac facultate dispensandi. In gl. in ver. [Suspendatur.] in fi. Sol. clarus ꝺrium sup. formatum de c. cum in cunctis. Ibi. n. loquitur in alio casu. ſ. vbi clerici eligunt scienter indignum, tunc enim ipso facto sunt sus-
c pensi a beneficiis per triennium, [c] hic vero loquitur, cum elegerunt idoneum, sed per abusum secularis potestatis, & sic ꝺ ecclesiasticã libertatẽ, vnde canon hic voluit imponere pœnam ipso facto, aut ga isti non tñ deliquerunt, aut ga hic imponit̃ duplex pœna. Nã suspendunt isti nõ solũ a bñficiis, sed ab officiis. Abb.

ADDITIONES.

a Interdictus. Adde Cal. consi. 4. de sen. excom.

b Constitutio concilii. Adde quod Fe. cõs. 70. tenet, ꝙ epus dispensat cum homicida occulto. Et an epus dispenset contra cõcilia. & qñ, vide Lu. Ro. consi. 32. Circa hoc, an episcopus possit dispensare contra canones concilii generalis, vide Arch. in c. licet can. de elec. lib. 6. vbi tenet, ꝙ non, vide bo. glo. in c. didi, quia tunc posset dispensare, secundũ Io. de Li. in c. at si clerici. de in. ita tenent Do. d. Ro. in suis dec. 684. Et generaliter, qui sint casus in quib. epi scopus possit dispensare, & in quib. non, vide per Inn. & d. Ant. in c. dile. de temp. ord. & per Spe. in tit. de le. in §. nunc de episcopo. & de potestate epi

li circa dispensationem vide ẽt no. gl in c. si episcopi. de pę. & re. lib. 6. Et vide etiam per Inn. & d. Ant. in præal. c. dilectus. Ant. Fran.

c A beneficiis per triennium. Adde limitãdo istud dictum esse verum in eligentib. scienter indignum in episcopum, quia vltra id, quod præmissum est, suspenduntur ab eorum beneficiis per triennium, vt hic. Secus autem in eligẽtib. inferiorem a principe indignum, & scienter. Tunc enim licet sint ipso iure ab eligendi potestate priuati, non tamen ab eorum beneficiis suspensi sunt secundum Host. in c. causam, quæ in fi. & in c. cum in cunctis. §. fi. & in §. quam pœnam. istio tit. & hæc pœna restringitur ab beneficia, quæ eligentes habent in eccl. quam taliter eligendo offenderunt. c. si cõpromissarius. §. restringitur. eod tit. lib. 6. Zachar.

Adde, ꝙ eligentes licet eligant indignum, ut homicidam, illegitimũ, uel alias irregularem, non propterea deuoluitur potestas ad superiorem, quia non est negligens. qui eligit, licet malum, secus si elegerit omnino incapacem, uel si scienter indignum eligit, quia tunc non propter negligentiam, sed propter malitiam deuoluitur potestas eligendi ad superiorem, ut no. nouit Ioã. And. in c. cum nostris, de concess. præb in prin. & hẽ per do. de Ro. dec. 253. Et adde, ꝙ quando quis eligit indignum, in dubio præsumitur scienter facere, quia præsumitur habere notitiam eius, quem eligit, ut per Host. in c. cum terra, hoc eo. tit. & per Bar. in l. si patronus, ff. de cor. fir. tut. Et adde, ꝙ electio facta a suspenso a beneficio, non ualet, ut no. in c. per inquisitionem, hoc eo. tit. & in c. si compromissarius, de elec. lib. 6. & per Inno. in c. apostolicæ, de excep. & per do. Card. in cle. ut hi, qui, de æta. & qual. pen. & ulti. quæst. Ant. Fran.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio electi facta sine causæ cognitione, est ipso iure nulla.*
2 *Electus & confirmatus, si reperitur indignus, adhuc potest cassari.*
3 *Dolus plus punitur, quam negligentia.*
Negligentia prælati est peccatum mortale.
4 *Electi, quo casu possint de administrationem administrare in temporalibus, & spiritualibus, & quid de postulatis. 7.*
5 *Electus commissus examini unius, ab illo qui habebat examinare, si commissarius minus bene examinauit, an teneatur qui commisit examen.*
Dolus non præsumitur, nisi probetur.
Dolus præsumitur ex coniecturis.
6 *Tacens in aliquo negotio, virum postea possit contra illud negotium aliquẽ defectum obijcere?*
8 *Remoti, qui dicantur, si in aliqua dispositione fit mentio de remotis.*
9 *Lex etiam correctoria extenditur, vbi ratio legis correctoriæ militat.*
Ratio si non potest nisi una assignari, in lege, illa habetur pro expressa.
Lex correctoria, & pœnalis, extenditur fauore ecclesiarum.
10 *Papa electus, non potest cõfirmari, quia nõ hẽt superiorẽ a quo confirmetur.*
Imperator, etiam ante confirmationem, de consuetudine administrat.
Rector scholarium de consuetudine, non requirit confirmationem.
Consuetudo potest tribuere plenum ius electo circa confirmationem, quod recipit limitationem.
11 *Gesta ab illo, qui se gerebat pro prælato, an teneant si ille deijcitur a prælatura. 17.*
Prælato agente pro iuribus ecclesiæ, an possit contra eum aliquid obijci puta defectus tituli, vel aliud crimen?
Prælatus verus, antequam accipiat possessionem, non potest administrare.
Communis error facit ius, quãdo interuenit etiam auctoritas superioris, per quam causatur communis error.
12 *Sententia lata ab illo, qui reputabatur iudex, valet etiam si appareat, ꝙ non erat legitimus iudex.*
13 *Excommunicatus si aliqua gerit, an teneant?*
14 *Titulus non præsumitur ex recenti possessione, sed ex longa sic.*
Præsumptio transfert onus probandi in aduersarium.
Exceptio excommunicationis est admittenda, quando obijcitur, tamen onus probandi eam, incumbit opponenti.
15 *Teste ẽt si fuit toleratus, tamen contra eum põt obijci exceptio criminis.*
16 *Compensatio lucri & damni an consideretur in eodem contractu, vel diuersis, & quomodo.*

CAP. XLIIII.

Nihil. Si prælatus per negligentiã confirmauit indignum electum ad regimẽ animarũ, perdit potestatẽ confirmãdi primũ successorẽ, a perceptione ꝓprio beneficii suspẽditur,& promotus deiicitur, si vero ꝙ malitiã hoc fecit, grauius punitur. hoc primo. Electi, immediate subiecti papæ, per se, aut ꝙ personas instructas, debent adire papam, & ab eo petere confirmationem, & si sunt electi in concordia, & valde remoti, videlicet, vltra Italiã cõstituti, interim administrant, ita tñ, ꝙ nihil alienent. Benedicuntur aũt, & consecrantur, prout consueuerunt. Diuiditur tota decretalis in duas partes, primo ponitur constitutionis cã. In secunda constõ. ibi, [Irrefragabili.] Constõ vero hẽt tres partes. Primo prouidet circa cõfirmationes eorum, qui eliguntur ad curã animarũ. Secunda, ibi, [Ẽpi,] prouidet circa confirmationẽ, & priuilegiũ exemptorũ. Casus lit. Quidã minus idonei tã scia, q̃ ætate, eligebant̃ ad regimẽ animarũ, pp quod eccle siis multa pericula immineb̃t. volẽs ꝑciliũ huic morbo, ꝙruã adhibere medelã, statuit, ꝙ cũ aliquis fuerit ad regimẽ aiarũ ele ctus, ille ad quẽ ptinet ꝓfirmatio, diligenter examinet electionis ꝓcessum, & psonã electã, & si electio fuerit canonica, & psona idonea, electionẽ ꝓfirmet, & si ꝺriũ fecerit, repellat̃ electus, & ꝓfirmator puniat̃ hoc mõ, vt si ꝓfiterit, ꝙ p negligẽtiã ꝓmouerit hoĩem insufficiẽtis sciæ, vel inhonestæ vitæ, vel illegitimæ ætatis ptãtẽ ꝓfirmãdi successorẽ ipsius, amittat, & a ꝓceptione proprij beneficii

Universidad de Deusto
Biblioteca

beneficii suspēdatur, quousque fuerit restitutus. Si vero hoc per malitiam fecerit, grauius punitur. Secundo dicit, q̄ Epi tales ad sacros ordines promoueant, qui commissum sibi officiū dignē valeant exercere, si & ipsi canonicam voluerint effugere vltionē. Tertio dicit, quod qui nullo mediante, pertinent ad Romanum pontificē, ad ipsum personaliter præsententur, aut nuncios suos transmittant idoneos; per quos diligenter inquiratur de electionibus & electis, vt sic postmodum confirmentur, si nullum obstiterit impedimentum, ita tamen, q̄ si aliqui sunt valde remoti, vltra Italiam, & electi sunt in concordia, dispensatiuè interim ministrent, ne ecclesiæ ex mora damnum incurrant, sed de rebus ecclesiæ non alienent. Munus vero benedictionis, seu consecrationis recipiant, sicut consueuerunt. Ber. No. primo, & tenementi principium, quod solet quotidie allegari, q̄ nihil sic nocet ecclesiæ, quam promotio eorum, qui indigni sunt, & minus habiles ad
a regimē animarum.[a] Nam quod fit a platis, facile trahitur a subditis in exemplum, vt in c. magnæ, ℸ. de voto. Sunt. n. prælati oculi subditorum, vnde eis existentibus indignis, habet locū illud euangelicum. Si cęcus cęcum ducit, ambo in foueam cadunt, & Psal. in hac materia inquit. Obscurentur oculi eorum, ne videāt, & c. No. 2. ibi. Ad regimē animarum,] q̄ prælati dicuntur regere animas, vnde alibi appellātur Reges. 12. q. 1. c. duo sunt. Et largo modo, omnes habentes curam animarum possunt appellari prælati, vt hic in ver. prælati, & clarius hoc probat tex. ℸ. de cle. egro. in causa. Strictē tn. prælati dicuntur habentes forum, vel iurisdictionē fori contentiosi, de quo per Pau. de Leaza. in cle. dudum, de se-
2 pul. dixi plen ℸ in c. tua, de cle. egro. & in c. cum ab ecclesiarum, ℸ. de offi. ord. & in c. 2. de iud. † No. 3. q̄ electionis confirmatio, nō debet impendi sine inquisitione, seu cognitione. Debet enim cō firmator inquirere de electionis forma, & meritis electi, & hodie confirmatio facta sine causæ cognitione, est ipso iure nulla. De quo dic, vt legitur, & no. in c. fi. ℸ. eo. li. 6. Et hēs per glo. nunqd idem sit seruandum in admissione postulationis, vel in collatio-
2 ne beneficii. † Quarto no. ibi, [Deijciendus est indigne promotus.] q̄ etiam post confirmationem factam cum causæ cognitione, potest deponi, & deici confirmatus, si constiterit ipsum esse in
b dignum.[b] Confirmatio ergo non præcludit viam deijciendi indignē promotum, etiam respectu dignitatis ante cōfirmationē. An autem hoc hodie habeat locū, propter dispositionem. c. fi. p̄ al. vide, quod no. Fed. consi. 22. & consi. 97. & quod dixi in c. cum olim, de causa pos. & propri. & in c. cum olim, de do. & contu. aliquid in c. cum dilectus, ℸ. eo. Quinto no. penam confirmantis electionem factam de indigno. Nam si per negligentiam ipsius hoc contingit, perdit prātem confirmandi primum successorem, & debet suspendi a perceptione proprii beneficii, donec fuerit visum superiori. Si vero hoc cōtingit per ipsius malitiam, debet grauius puniri, ad arbitrium ſ superioris, cum hoc casu pena non
3 determinetur hic. † Et ex hoc, & ex tex. no. q̄ cęteris paribus, grauius punitur dolus, quam negligentia. facit c. super literis. de reſcri. Item collige, q̄ non omne delictum in prælato, est depositione dignum. nec omnis negligentia, vide tn glo. in c. ea quæ de offi. Arch. in ver. reatu, quæ dicit, q̄ negligentia Prælati est morta-
c le peccatum, [c] & idem dicit in dissimulatione. Nota in §. [Cætera.] q̄ exempti immediate p̄ papæ subiecti, tenentur petere confirmationem electionis a solo papa. Dic tn, q̄ etiam legatus de latere, potest istorum exemptorum electiones confirmare, vt habes tex. quem tenebis mēti, in c. si Abbatem, ℸ. eo. li. Procedit ergo iste tex. si legatus de latere non esset in partibus. Et ex hoc, & ex tex. collige, quod de iure cōi Abbates. & Epi, non tenentur petere confirmationem a papa, sed potestas electionis confirman-
d dæ pertinet de iure ad eorum superiores[d] immediatos. Nam papa hic solum reseruat sibi potestatem confirmandi electionem exemptorum, qui immediate subijciuntur papæ, & de hoc vide, quod no. gl. in c. quamquam, ℸ. eo. li. 6. Hodie vero papa reseruat sibi potestatem prouidendi de oīb. dignitatib. ita q̄ potestas prouidendi hodie reseruatur papæ, solet tamen ex gratia electos cō-
4 firmare. † No. in ver. ita q̄, & tene menti, q̄ electi possunt immediatè administrare in spiritualibus, & temporalibus, ante confirmationem habitam, duobus tn cōcurrentibus. Primo, q̄ electio eorū sit celebrata in concordia, & dic in concordia. ſ nemine discrepante, vt no. in cle. nc Romani, ℸ. eo. & in c. cupientes, in §. ad hæc, in gl. super verbo, p̄cordē, eo. tit. li. 6. Sēdo requiritur, q̄ electi sint valde remoti, vt puta, vltra Italiam constituti, & loquit iste tex. in exemptis immediate papæ subiectis. Quid autem in aliis habentibus superiorē aliū immediatū, vt puta Archiep̄m, vel patriarchā dicā cū gl. fi. Hodie vero nō puto, q̄ de rigore habeat locū iste tex. qa ex quo papa reseruauit sibi prātē, puidēdi de dignitatibus, p̄ plequēs abstulit electoribus prātē eligendi, vt in c. si eo tpe, ℸ. eli. 6. & p̄ plequēs electio p̄fertur isto electo, ergo cessat dispō c. q̄ est fundata sup̄ p̄cordi electiōe. Nā de iure, p electionē est iniciatū matrimoniū spūale, vt in c. cū inter. ſ. eo. & in c. fi. de transla. Epō. vnde p eā ius acquiritur electo, & potestas administrandi in habitu, vt dicit gl. fing. in c. quāto, 63. dist. & dixi in c. transmissam. ſ. eo. Et p̄ confirmationē, solū dat potestas administrādi in actu, vn-

de nō mirū, si iste tex. p̄ longā distātiā p̄bet electo prātē administrandi, cum per prius hæc potestas competeret in habitu, sed vbi electio non tribueret hoc ius, non esset dicendum, q̄ huius c. privilegium competat electo. Nam, vt dixi, ex gratia hodie papa confirmat electos. No. vlti. ibi, [Munus benedictionis, seu cō-
e secrationis.] q̄ istud c. habet locum, etiam in electionibus Abbatum, & Episcoporum. Nam benedicto pertinet ad Abbates, [e] de quo vide bo. gl. in cle. 2. de sta. reg. Consecratio vero ad epm, vt in c. quod sicut, ſ. eo. & in c. vnico, de sac. vnc. vnde Abbas benedici tur, Eps vero consecratur. Et mens literæ est, q̄ licet exempti recipiant confirmationem a solo papa, benedictionem, seu consecrationem recipient, vel a papa, vel ab alijs, ſm quod cōsueuerit, 24. q. 1. c. pudenda. De iure autem, cessante consuetudine, debent recipere hanc benedictionem, seu consecrationē a solo papa, seu eius authoritate, quia ipse est prælatus, & diœcesanus exemptorū, vt no. in c. authoritate, de priui. li. 6. & ita hodie obseruatur in o-
5 bus. qui recipiunt dignitatē ab ipso papa. † Primo pro declaratione literę, quæro, quid si superior examinauit, & confirmauit indignū p alium, vt quia alteri commisit examinationem, & confirmationē alicuius electi, & iste cōmissarius ex negligentia, aut ex
f ignorātia, vel per malitiā cōfirmauit indignū? Sol. dicit hic Inno. q̄ si iste superior maliciosè hanc ptātē nō delegauit, sed vera fide q̄ nō est ipse puniendus, facit c. si quis. 24. dist. & c. cū ſm. ℸ. de pœ, secus si maliciosè hoc fecit, quia dicebatur electus indignus, quæ ipse fauore personæ intendebat p̄firmare. sed nolens hoc facere per se, commisit minus idoneo, vel corruptibili ptātē examinādi, & p̄firmādi. Dicit tn Host. q̄ in dubio nō p̄sumitur dolus, sed qui illū allegat, hēt probare, vt l. quoties. §. q dolo. ff. de prob. Probat tn ex cōiecturis, vt in c. 2. de renun. li. 6. & in l. dolū, C. de dolo. Dubito, an hoc dictum sit verū, & crederē dicēdū, q̄ nisi prælatus ex
g aliqua ei alteri delegauerit, teneat ipse ex culpa, seu malitia commissarij sui, qa ex facto illorū, quorū operis, vtitur, tenetur, vt in l. 1. ff. de pub. p Bar. in l. ne quid, ff. de incen. rui. nau. & vide gl. no. q̄ hoc sentit in c. 2. de tempo. ord. li. 6. secus aūt vbi ex probabili cā
h hoc delegasset. Sc̄o quæritur,[h] a quo poterit iste suspēdus, an dispensiam promererit? Doc. dicunt & bene, q̄ a superiori suo. Nam sicut superior eius, eum suspendit, ita potest suspensionem tollere, arg. c. cum inferior, ℸ. de maio. & obe. & 21. dist. inferior. & vide circa hoc, quod dixi in c. tam literis, ℸ. de testi. & gl. no. in cle. t.
6 de hære. † Tertio quæritur, quid si aliquis canonicus fuit præsens in omnibus actibus confirmationis, & tacuit, nunquid post confirmationem, possit obijcere contra electum crimina, vel defe-
i ctus?[i] Host. dicit, q̄ non, per c. fi. ℸ. qui ma. accu. pos. Dicit tn, q̄ per viam denunciationis poterit audiri, ne indignus remaneat in prælatura. Et pro hoc vlti. vide Inn. in c. ad aures, de reſcrip. Et ex hoc sentit Host. q̄ is, qui non fuit præsens tpe confirmationis, potest obijcere ɔ electum, & confirmatum. Intellige, si restat adhuc p̄secratio. vt in c. super his, ℸ. de accu. aliās regulariter non audiur p viā exceptionis. cum sit electus p̄cutus plenū ius, vt in c. post electionem, ℸ. de concess. præbē. & in c. constitutis. ℸ. de ap. il. 2. sed poterit venire per viam denunciationis, vel accusationis, & in his casibus potest intelligi iste tex. & hoc procedit etiam hodie, imo no. per Fed. de Sen. cons ſpal. & vide quod latius dixi in utribus quæ ſ. remisi. Quarto quæritur, nunquid eo casu, quo confirmatio electionis peritur in curia, debeāt citari illi quorū interest, vel debeat poni edictū, ſm qd hē ℸ. c. fi. li. 6. Io. An. ɔcludit, & bene, q̄ aut est talis dignitas, q̄ cōprēdenditur in casu cupientes, ℸ. eo. li. 6. & nō est necessaria alia citatio, vt ibi hē. Idē si summus in casu c. 1. ℸ. eo. li. 6. Aliās aūt, salua plenitudine ptātis sedis Apostolicę, debet seruari etiam in curia dispositio huius c. fi. Sed intellige pro-
prie. ſq̄ papa procedit per viam confirmationis prædictæ. Ho-
die

ADDITIONES

a Seb. Sap. Regimē animarum. Vide tex. in c. præcipue. 11. q. 3. ubi dicitur, quod tot mortibus digni sunt prælati, quot perditionis exempla in subditos transmittunt, vide Abb. in c. licet Heli, in prin. infra de simo.

b Indignum. Adde Old. consi. 18. vbi ponit, an talis sententia sit interlocutoria, & an requiratur ordo iudiciarius.

c Seb. Sap. Peccatum. Intellige, quando est talis negligentia, quæ sit lata culpa, alias negligentia, quæ est solum leuis, uel leuissima, non videtur inducere peccatum mortale. probo per dictum Inn. in c. sicut dignum, infra de homi. ubi dicit, q̄ ille, qui est in leui, vel leuissima culpa, non tenetur in foro conscientiæ, comprobat do. Decius in cap. 1. in 2. lectu. colum. 5. uersic. 5. adde, de constitu.

d Superiores. Adde quod voluit Ind Rom. consi. 332.

e Ad Abbates. Adde quod voluit Old. consi. 14.
Zac. Adde Io. And. Anto. de But. & do. Card in c. cum inter monasterium, & ibi Fel. in princ. & illum, & in c. cum inter, & quod posui in apo. ad cum post alios, in ver. bene dicitur, nu. 4. supra eo. tit.

f Seb. Sap. Indignum. Adde q̄ si aliquis promouit scienter indignum ad sacros ordines, tenetur ecclesiæ quam læsit, ad interesse, ita Pet. de Anc. in cle. 1. in vlt. no. de ætā. & quali. Refert, & sequitur Fel. in c. si quando, col. 4. uer. de superioribus. supra de reſcrip.

g Operis vtitur. Adde Alex. consi. 1. 3. lib. Rom consi. 152.

h Seb. Sap. Secundo quæritur. Vide no. per Alex. & alios in l. 2. ff. quod quisque iuris. vbi ponunt, an, & quādo, qui accepit imperium assessorem, teneatur.

i Vel defectus. Adde quod uoluit Old. consi. 101.

die vero per viā reseruationis p̄cedit, & per viā prouisionis, ideo nō seruat dispositio, illius c. fi. & facit, qd ibi no. in gl. fi. † Quinto q̄rit, an istud privilegiū, de quo in fi. c. hēat locū in postulatis, vt postulati in cōcordia, si sunt valde remoti, possint administrare ante admissionē postulationis? Doc. bn ɔcludunt, q̄ nō, qa p postulationē nullū ius acquiritur postulato, innititur. n. ispāli gratiæ, vt in c. bonæ, & in c. pen. de po. præl. & hæc faciūt ad id, qd ſ. dixi, vt hodie nō habeat locū istud privilegiū, ēr in electione, cū p electionē nō acqratur ius rōne p̄dicta. Itē nō hēt locū istud privilegiū, si legatus de latere esset in illis partib. cū possent ad illū p cōfirmatione recurrere, vt l. d. c. si Abbatē. ergo cessat rō huius privilegii, & p̄ plequēs ipsum privilegiū. 16. q. 1. c. gnaliter. In gl. i ver. [Aetatis,] in fi. no. gl. in fi. & simile habuit ſ. eo. c. cū dilect. & de hac mā dic, vt ibi plenius dixi. In gl. in ver. [Potestatis] ibi [ipso iure.] No. gl. & idē finaliter tenet Inn. dicit tn, q̄ hāc potestatē per dit, cū superior declaraūit ipsum p̄firmasse indignū ex negligentia, aut malitia. Et ex hoc iūcto tex. no. q̄ p hoc verbū, [careat.] in ducit canō latæ sūtæ. Idē vī, p̄bari in c. ſ., px. qa nō vī ex p̄prio significato regrere factū hoīs. Idē no. glo. de verbo subiaceat, in c. vnico, de iniur. lib. 6. in fi. & vide, qd dixi in c. clericis, ℸ. ne cle. vel mo. In gl. in verbo, [Suspēdat,] ibi, [Variæ pœnæ statuūtur a canonib.] principiū huius gl. melius caderet in §. epi, vbi dī, q̄ epi non dēnt ad sacros ordines p̄mouere idignos, si volūt effugere canonicā vltionē. Nā si q̄rat, q̄ sit ista canonica vltio. potes recurrere ad iura q̄ hic ponūt in prin. gl. Instat latius hic Host. circa platos ordinātes aut p̄mouentes indignos, sed quia iura in hac mā loquētia, ſatis clara sunt, nō puto hic instādū. Esset. n. potius laboriosum, q̄ ſubtile, & vide gl. in c. is q̄ ecclesiasticis, hic all. in glo. & in fi. gl. Vel dic melius vt no. in d. c. graue. Nā vbi fit suspēsio a tali collatione bñficiorum, merito ibi requiritur monitio præce-
dens. Hic autem in pœnam delicti priuatur potestate confirmādi primum successorem, & ſuspēditur a primo beneficio, donec viuum fuerit superiori. In gl. in ver. [Vltra Italiam.] ibi, [Tamen cō suetudini sterur.] Vult ergo gl. standum esse consuetudini, cum quæritur, qui dicantur valde remoti. Gof. dicit, q̄ immo standū
a est literæ q. d. cum ſramet declarat seipsam, dum subijcit, videlicet vltra Italiam [a] constituti, non est a verbis literæ recedendum, vnde cōiter vltramontani habent hoc privilegium. Et hoc vide tur placere Host. qui intn inhæret literæ, q̄ dixit q̄ si curia Romana esset apud Taurinum. sin finibus Italiæ, q̄ electi ecclesiarum vicinarum, qui essent extra Italiam, gauderēt hoc privilegio. Sed certē multum resistit Host. literæ, dum dicit, q̄ valde remoti gaudent hoc privilegio, vnde illa verba, videlicet, vltra, &c. fuerunt posita cā exempli, quæ non habent restringere dictum, seu rationem dicti. Nam ratio huius privilegij fuit, ne ecclesiæ paterentur damnum in expectanda confirmatione electi, propter nimiam distantiam locorum: vbi ergo cessat ista ratio, quia ecclesia, ad quā quis est electus, est vicina curiæ, debet cessare hoc privilegium. Ad hoc tex. optimus in l. cum pater. §. dulcissimis, ff. de leg. 2. vbi
b paret, q̄ verba dispositionis, sunt restringenda ad rōnem ipsius dispositionis, & non econtra. papa. n. dum loquebatur hic, erat Romæ,[b] & sic habuit respectum ad magnam distantiā, quæ cōiter contingit a Roma vsque ad partes vltramontanas. Duditaē etiam hic, quid si curia existeret vltra montes, nunquid Italici
c gaudeant hoc privilegio?[c] & tenet Host. q̄ sic, quia curia existente vltra montes, Italici respectu curiæ possent dici vltramontani, & idem tenuerunt Gul. & Barb. in c. quaritiæ, ℸ. eo. lib. 6. Dicit Io. And. q̄ hoc dictum sibi placeret. si iste tex. privilegiaret vltramōtanos, sed litera loquitur de constitutis vltra Italiam, quæ verba non possunt adaptari ɔgruè ad Italos, cū ipſi non sint vltra Italiam, immo in Italia. Et per hoc deciditur illa qō, nunquid curia existente vltra montes, electi vltramontani gaudeant hoc privilegio, si sint valde remoti a curia Romana? Compo. vī primo tenere, q̄ non. qua cessant verba, & cā cōstōnis. 61. dist. in c. statuimus §. is oībus. In ɔriū alleg. l. 1. §. sexū, ff. de postu. quasi sentiat, q̄ ista causa fuit hic impulsiua, & nō finalis, iō ea cessante, nō dēt cessare p̄stō. Sed ex mēte Host. Gaſ. & Gul. fuit, q̄ isti nō gaudeāt. Nā cū ipsi dicāt Italos hoc casu gaudere hoc privilegio, tacite sentit, q̄ cā priuilegii finiatur in vltramontanis. Io. And. dicit se cō fūlusse cuidā electo vltramontano, cui p̄tigit iste casus, qđ ante factum non immiscuerat se administrationi, quia cū istud ius sit dispēsatiuum, & exorbitans, nō dēt extēdi extra terminos literæ, arg. in reg. quæa iure cōi exorbitāt, de re iu. li. 6. Sed post factū dicit, qa pœna dēt strictè intelligi, vt in c. statutū. ℸ. eo. li. 6. Sed licet cessante causa vltra montes, non cessant pp hoc verba huius tex. nec ēt rō, quia posset esse maior distantia inter curiam Ro. ibidē existentem, & electum vltramontanū, q̄ contingeret curia existē te in Italia, quoad oēs, vltramontanos. Sæpe. n. ſm eū, vnū cōsuetus ante factum cuius contrarium consulimus post factum. Fe-
cit qđ no. in c. verū, de iureiu. Et tene menti hunc modum ſsulē di. cum dispositio pœnalis est dubia. simile no. in c. 1. ℸ. de deci. li. 6. Do. And. dicit, q̄ hæc rō Io. And. sibi nō placet. Dictum tn est verum in se. Nam ad intellectum dispōnis, dēt p̄siderari p̄sona lo-
quens, ad hoc c. magnæ, ℸ. de voto. Sed papa, tpe quo edidit istā constitutionem, erat Roma, vt innuunt verba tex. in fi. Ideo facit mē tionē de constitutis vltra Italiam, quia isti cōiter distant a curia Romana, & ideo concludit hoc privilegium habere locum in
8 omnibus valde remotis a curia Romana. † Et qui dicantur valde remoti, recurrendum est ad arbitrium iudicis, quia informabit motum animi sui, ſm distātiā, quę est a Roma vsq; ad partes vltra montanas, cum iste tex. hic appellet istos valde remotos, & rōne huius magnæ distātiæ privilegiauit electos. Et vī hęc rō optima, & eam originaliter tenuit Io. de Fantuciis, dicens, q̄ causa finalis huius privilegij, fuit longa distantia a curia Rom. & q̄ illa verba tex. videlicet, [vltra Italiam constituti,] fuerunt posita cā exēpli, & quæ dicunt cā exēpli, non habent restringere dispositionē, vt in c. 1. ne cle. vel mo. Et mo. Et hāc opi. fuit olim sequutus dñs meus sd. Car. sed postea ab hac opi. recessit, qa difficile esset determinare, q̄ dicāt valde remoti, vñ dicit, q̄ cū iste tex. sit correctorius. non debet extendi vltra terminos literæ, etiam per identitatē rōnis, vt no. gl ℸ c. indēnitatibus in §. cęterū, ℸ. eo. li. 6. Qđ ēt voluit Bar. in auth. quas actiones, C. de sacrosan. eccl. vñ ɔcludit ipse, q̄ oēs vltramōtani gaudēt hoc privilegio, siue sint vicini, siue lōginqui. Et q̄ illa verba tex. vltra Italiā ɔstituti, fuerūt appositā nō cā exēpli, sed tanq̄ dātia formam privilegio. Sed hoc dictū mihi non placet. Est. n. potius imponere legē verbis, q̄ reb. ɔ cōmissa, ℸ. eo. li. 6. Itē ſm hoc dictū nunq̄ haberet locū iste tex. in Italicis, curia existente vltra montes. deficerent. n. verba, qđ est ɔ mentē huius c. qđ nō hēt privilegiare ecclesias vltramōtanas, sed Dei ec clesias in gñe, vt patet, pp necessitates ecclesiarū. Vnde dicerem ɔcludendo, q̄ vbicunque concurrit distantia locorum, saltē tanta, q̄ta est a Ro. ciuitate vsque ad terminos Italiæ, & exēptio electorū, q̄ semp habeat locū iste tex. vnde si curia est vltra mōtes, dicerē, q̄ Italici, & vltramōtani valde remoti gaudeāt hoc privilegio. Si vero curia est in Italia, tūc Italici nō gaudent hoc privilegio, qa nō est Italia tā magna, puincia, vt existētes in Italia dicantur valde remoti, quoad istud privilegiū obtinēdū, vt tex. hic cla-
9 re innuit. † Nec ob. si dicaē, q̄ istud ius tanq̄ correctiuū, non dēat extēdi vltra terminos literæ. Ad hoc. n. rndeo duobus modis. Primo, q̄ illud dictum nō habet locū, vbi ratio legis exprimitur in lege, quia tunc ad limites rōnis dēt extendi ius, quantūcunque correctiuum, vt no. Bal. in auth. quas actiones, C. de sacrosan. ecc. Quinimo, vbi ɔcurrit omnimoda eadē rō, nō ɔpriè fit ibi extensio, sed ex mente legis cōprahēditur omnis casus, in quo concurrit illa rō. vt dicit glo. fin. in c. 1. de tēp. ord. lib. 6. Probatur rōne, Nā lex nō consistit in verbis, sed in sui rōne. Nā verba deseruiūt intē-
d tioni, [d] & nō eī, vt in c. 2 requiris, de app. & in c. intelligentia, de ver. sig. & in l. nō dubiū, C. de legi. & in reg. fi. & ibi per Dyn. de reg. iur. li. 6. & notanter dixit Bal. in l. maximū vitiū, C. de lib. p̄t. & in l. scire oportet, ff. de exc. tut. Sic. n. se hēt ratio legis ad verba legis, sicut anima ad corpus, vnde sicut anima dominatur corpori, ita rō verbis. Quinimo voluit idē Bal. in d. l. maximū vitium, & post Cy. in d. l. non dubiū, q̄ ēt si rō non sit expressa in lege, ex quo nō pōt ɔiectn rari, nisi vnica, & naturalis rō, ipsius legis, dēt fieri extē sio ad limites rōnis p̄sumptæ. Hic aūt in tex. nostro satis apparet de rōne huius privilegii. Emanauit. n. pp magnā distantiā ne ecclesiæ, patiant interim detrimentū in spiritualib. Sc̄o principaliter pōt rnderi, q̄ cū istud ius privilegiatiuū emanauerit in fauorē ecclesiarū, nō dēt restringi, licet sit correctiuū, vel pœnale, sed extēdi fauore ecclesiarū, vt dicit gl. no. in c. sciant cuncti, ℸ. eo. lib. 6. & Io. And. in c. fi. ℸ. e. ti. & lib. Et p̄dicta dicerē, q̄ si electus nō multū distaret a curia Rom. tū pp viarum discrimina, nō posset ire, nec mittere de proximo, pro p̄firmatione obtinenda, quod haberet locum istud privilegium, quia licet verba deficiant, nō deficit mens, & ratio legis. Nam eadem ratio est in non multum remoto, qui propter impedimentum, non potest ire, nec mittere ad curiam, quæ est in loco valde remoto. Et pro hoc facit in argumen. bon. text. in l. tutor, qui reperto. ff. de admitti stratio-
tu. ibi

ADDITIONES.

9 iudicatur iuri istius. Prædicta ſfaciũt ad qõnem notabilẽ, quã posuit hic Inn. in quadam additione quam qui, habent aliàs addi. In nocen. Cõiter ideo dixi, quia sunt quædã additiones, quas pauci hẽnt. inter quas vide in c. dilectos, ℣. ut li. pen. Et qõ est, Pone, cõparuit quidã citatus coram iudice, & protestatus fuit, ꝙ nõ intendit ꝓsentire in eum, tãq̃ in iudicẽ ordinariũ, vel delegatũ; sed negat ipsum esse iudicẽ, nec per ea, quæ dicat, vel faciat, intendit recedere a sua protestatione, & ea præsuppositа, petit copiã iurisdictionis suæ, & libelli nunquid talis protestatio sit licita? dicit Inn. ꝙ fatuus est aduocatus, qui sic protestatur, seu consuluit cliẽtulo, vt sic protestetur. Nã ex hoc facit se ꝓtumacẽ, unde poterit iudex dicere, [& ego reputo te contumacẽ, & ita pronuncio,] & sic poterit illũ condemnare de ꝓtumacia, ar. 11. q. 3. in ca. certum. & in c. j. de iudi. sed fi vult iustificare protestationẽ suã, dẽt addere ſm eũ, ꝙ nõ intẽdit ꝓsentire, nisi in quãtũ de iure te
a neatur. Et hoc dictum Inn. cõtra *sequitur Legistæ, & Cano
b nistæ, & reputatur notabile, præter Do. Ant. hic, qui dicit se non videre, vnde surgat ista contumacia, vel fatuitas aduocati. Nã ex quo pars litigat, licet fuerit protestata, nõ põt dici ꝓtumax, nec curãdũ de protestatione verbali, quia iudicium reddit in inutium, vt in l. inter ſtipulantem, §. si Stichum, ff. de verb. ob. & in c. intelleximus, de iud. q. d. non obstante hac protestatione, põt cõdẽnari in simili iudicio, ex quo litigat. Et sic ista protestatio non obstat iudici, vel aduersario, quia ex quo iudex habet iurisdictionem, nõ requiritur consensus partium, ſatis. n. est, ꝙ de facto cõpareant in iudicio, vt litigent. Tene menti hoc dictum do. Ant. sic declaratũ, & vr prima frõte confundere dictum Inn. Sed certe puto utrumq; dictũ esse uerũ, vt dicamus, ꝙ iudex, si vult, põt illum condẽnare, vt cõtumacem, quia licet rẽspondeat de facto, tñ protestatur, ꝙ nõ intendit sibi obedire, vt iudici, ergo contẽnit suã iurisdõnem, ideo rõne contemptus iudicialis, põt cõdemnari de ista contumacia, arg. in l. vnica, ff. si quis ius dicen. no. ob tempe. sed ratione interesse partis, non potest condemnari de contumacia, quia nullum interesse potest pars prætendere, ex quo; nihilominus litigat nec ratione nullitatis processus, quia validitas ipsius dependet ab officio publico, & non a consensu partium. arg. in l. priuatorum. C. de iur. om. iu. & in c. significasti, de fo. comp. & quoad istos effectus posset procedere opi. do. Ant. si tamen iudex nollet condemnare istum, potest nihilominus in causa procedere, & valebit processus ratione prædicta. Nec Inn. sentit ℞rium, sed dicit iudicem posse. Non n. tenetur hoc facere, præsertim ad instantiam partis, cum solum veretur hic iudicis cõtemptus, & mulcta dependet ex mero officio iudicis, vt no. Bar. in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit. In gl. in ver. [Ad maiorem partem.] Pro declaratione huius gl. opp. ℞ tex. vr ꝙ electio facta de Archipresbytero, peruenerit ad maiorẽ partem. Nam oẽs qui vocem dederunt, constituebant 55. voces, vt colligitur in ver. [cũ 18.] Ex quib. omnib. archipresbyter habuit 28. vt colligitur ex principio c. & sic maiorem par. Nam 28. excedunt reliq̃ partem in vna voce. Sol. metu ℞rii, dicit gl. quod clerici, & capellani non debebant hic in numero computari, qui nõ probarunt iuxta protestationem, ꝙ de iure, vel consuetudine, ꝙ si deberẽt admitti, sed respectu canonicorum, & Abbatum, de quib. constabat, ꝙ voces habebant; vel respectu canonicorũ tantum neutra electio peruenit ad maiorem par. cap. vt patet ex cõputatione gl. Io. And. dicit, ꝙ etiam respectu omnium nulla electio fuit facta a maiori parte, quia licet 28. ex 55. excedant reliquas voces in una, tamen non excedunt medietatem omnium, nisi in dimidia voce. Et pondera diligenter hoc dictum. Per hoc. n. vult, ꝙ si ex 9. qui constituunt vniuersitatem, quinque cõsentiunt, non dr illud factum a maiori par. cap. quia medietas omnium consistit in quatuor cum dimidia, habens autem quinq; excedit medietatem solum in dimidia voce. Sed do. Anto. tenet hic ℞rium, vt saltem sufficiat iste excessus ad constituendum maiorem partem capituli. Mouetur, quia si istud non sufficeret, quare tex. hic ponderaret. ꝙ isti clerici, & capellani non probarũt se debere de iure interesse? hæc. n. ratio fuisset hic superflua, si etiam eis computatis, nulla electio peruenisset ad maiorẽ partem. Et ꝙ talis excessus sufficiat, aperte sentit glo. in prin. & multi placet, tamen quia iura loquuntur indistincte, non requirentia excessũ maioris partis vocem integram, sed solum requirunt maiorẽ partem vniuersitatis, vt in c. 1. de his quæ fi. a ma. par. ca. & in l. quod maior, ff. ad mu. sufficit ergo qualiscunque excessus, quia ex quo iura non distinguunt, nec nos debemus distinguere. 19. dist. c. si Romanorum. & in l. de pretio, ff. de Publi. † & opinio facit quod in simili no. gl. in c. pe. de emp. & ven. ubi no. ꝙ ad
c hoc, vt quis dicatur deceptus c vltra dimidiam iusti pretii, sufficit deceptio in vno bolognino, seu denario, quãtumcunq; paruo. Præterea vnica vox non potest diuidi, facit quod no. in c. 1. li. 6. ergo est verum dicere, ꝙ vbi ex nouem sunt quinque, ꝙ ibi sit maior pas capituli, ita vbi concurrunt 28. ex 55. Quid ergo fece-

ADDITIONES

a Inquantum de iure teneatur. Dic, ꝙ nisi subderetur illa clausula, ſ. inquantum de iure teneor, &c. quod posset declarari contumax. no. Fel. in c. cum M. Ferrarien. & ibi iste, & post eum posui in apostil. ad ipsum, num. 2. in apostil. in ver. adde dictum, de consti. Sed aduerte, quia ad hoc, ut operetur talis protestatio, non obstantibus contrariis actibus debet replicare contra dictam protestationem, si habet liberam facultatem, aliàs actus cõtrarius protestationem tolleret, ut plene per Bar. in l. non solum, §. morte, ff. de iniu. ope. nunc. Zachar.

Ad hoc, de protestatione facta per hæc verba nisi & inquantum de iure teneatur, uide Inn. in c. Cumana, hoc eo. ti. de elect. vbi dixit, quod protestatio facta contra iudicem, qui dicitur incompetens, semper debet fieri cum illa clausula, quod non intendit in illum consentire, nisi quatenus sit competens, alias posset. condemnari, tanquam contumax, quod etiam uide ibidem Io. An. & no. Ang. & Doc. in l. non videtur, ff. de iudi. & uoluit. Bald. in marga. super Inn. in ver. contumax, in uersi. 5. Et eodem modo dicas, q̃ fieri debet protestatio in productione instrumentorum, vt producens protestetur, quatenus faciunt instra pro producent, quia tunc si quid est in ſtro quod faceret contra eum, non haberet sibi nocere, nisi ille cõtra quẽ produceret instrumentum illud, etiam acceptauerit, quatenus pro se faceret, ita Bald. in l. 1. in 2. col. C. vt quæ desunt aduo. par. & in l. 1. in ſ. edenda sunt omnia. ff. de eden. & in l. rationes, C. de prob. & in c. 2. de fi. instrum. & per Inn. in c. cum olim. de cens. & in c. fi. ubi etiam per Hostien. & Do. de instr. & uide Bar. in l. Publia, ff. de pos. & in l. Aurelius. in §. pen. ff. de lib. & in l. 1. in fi. post gl. ff. de eden. & uide Bal. in suo consi. inci. in Christi nomine amen, quæstio talis est, si instrumentum, & Pau. de Cast. consi. 339. de uideas do. de Ro. in dec. 286. inci. licet quis, in nouis. ubi dicunt, quod producens instrumentum in quantum pro eo facit, non uidetur consiteri contenta in eo contra se esse uera. Et de huiusmodi exceptione, quod quis non intendit in iudicem consentire, vel non contestari litem, nisi inquantum de iure teneatur, & de eius effectu, uide per Spec. in ti. de aduo. in §. 10. in uer. item si iudicium, & per Spe. in ti. de li. conte. in §. 1. in uer. paret ex præmissis. Et de protestationibus generalibus, quæ solent poni in libellis, quid sit quamtum operentur, uide per Spe. in ti. de lib. concep. in §. fi. in ul. colum. in uer. item consueuerunt, & uide Ale. in §. morte, hic alle. circa fi. in l. non solum. ff. de ope. no. nun.

b Seb. Sap. Hoc dictum. Vide Ale. in l. fi ita scriptum, ff. de le. 1. Angel. in §. Illud quoque, col. 2 in Authen. de ꝛ hi. reis. Tamen dictum Inn. uidetur dubitare. ex not. per Pau. de Cast. in l. non uidetur. ff. de iudiciis. uide Decium in c. 1. in antep. colum. de iud. ubi dicit, quod dictum Inn. potius tuetur propter authoritatem eius, quam quod illud necessarium sit. Videatis rationem, de qua ibi per eum.

c Seb. Sap. Deceptus Illam gl. tenet Bal. in l. 2. q. 12. C. de rescind. uendi. & ibi assignat rationem, & idem Bal. in c. cum causam, 2. de testib. & Inn. in c. cum dilect. col 4. infra de emp. & uen. & faciunt no. per Do. Ias. in auth. qui rem, C. de sacrosc. ecc. vbi multa adducit ad hoc, quod de minimis non curatur, & quod emphyteuta cadit a iure suo, etiam si cessat soluere nummum, de quo etiam per eundem in L. 2. q. 15. C. de iure emphyt.

fecerunt vr alii electores, cum Arc. non habuerit nisi 22. voces, & sic deficiebant quinque ad constituendum 55. non dicitur hic. forte enim vt dicũt Doc. consenserunt in alium, de quo pp pauciratẽ non sit hic mentio. Alii vero dicũt, ꝙ electio aliorum 5. postea habuit locum in istis electoribus, priusquã elegerunt ℞ formam. sed de hoc non est vis. Sed ℞ prædicta op. & vr, ꝙ imo Archi. habuerit maiorem partem, clericis & capellanis non cõputatis. Nã habuit nouẽ canonicos, & vnũ ex Abbatib. & sic 10. Ipse vero ꝓsentiendo electioni dẽt augere numerum, vt in c. cum in iure, ℞. eo. & sic habuit 11. qui faciunt maiorem partem illius numeri. 21. Idẽ si computamus capitulũ sine abbatib. nã canonici erant 18. & ipse habuit 6. eo computatio, sunt 10. Sol. dicit gl. in 1. parte, ꝙ electus non computatur in nu. eligentiũ, vt aperte colligitur hic, ſm istã cõputationem, & ad hoc quotidie allegatur iste tex. iuncta gl. Non ob. ca. cum in iure. Nã illud c. procedit ex forma compromissi, & hodie dicit gl. se credere, ꝙ illa electio ñ valeret. Tu de hoc dic, vt plenius dixi in c. cum in iure, nam istud c. procedit, vbi scrutinium electionis fit in priuato, tũc. n. electus non potest oriri a seipso, vt in c. fi. de insti. & notaretur ambitione. 7. q. 1. c. in scripturis. secus autem vbi scrutinium fieret palam, & eſemus in casu in quo non esset seruanda forma c. quia propter. Nam puto addendum ad ea, quę dixi in c. cum in iure, ꝙ in ecclesiis cathedralib. & regularib. non habeat hodie computari electus in numerũ eligentium, ẽt si procedat p viã scrutinii manifesti, per compromissarios electos, quia electio debet fieri per unum, ẽt cum proceditur per viam cõpromissi, vt in c. sicut, ſ. eo. & c. ℞ultationib. de iure pat. Et optime facit, quod no. do. de
[illegible] omnium, antequam possit consentire electio
ni suæ, cum non debeat [illegible] consentire antequã electio sit facta, vt in c. cum post (A) petitam, ſ. e[illegible] dẽt per vnũ nomine omniũ, nec fieri põt nisi de eo, in quem cõsenserit maior pars, vt in d. c. quia pp. sed vbi ex singularib. consensib. in aliquem directis, resultat electio, ita ꝙ non est necesse, ꝙ fiat per vnũ nomine omnium, tunc electus a media parte capituli consentiendo electioni de se factæ, auget numerum, & perficit electionem, quo casu debet intelligi dictum ca. cum in iure. Et sic limita, quæ ibi dixi. Vel dic, ꝙ in d. c. cum M. illi aduersarii non ꝓsenserunt protestationi
11 expresse, ideo non fuit eis generatum præiudicium, hic autẽ consenserunt, vt dr in gl. † In gl. in uer. [De iure] a ibi, [Id est ex priuile
a gio.] No. bene istam gl. iuncto tex. ꝙ vbi istud verbũ, [de iure,] refertur ad personam, q̃ nõ fundat intentionem suã de iure cõi, in telligitur de iure spãli, & ꝙ hoc vide gl. in c. 1. in fi. vt li. pe. facit c. li
b cet, de prob. in prin. Ex quo habes, ꝙ nõ semper appellatione iuris intelligatur de iure cõi, b regulariter tñ ℞ tex. est insti. de iure na. gẽ. & ciuili, in §. fed quoties. Et facit iste tex. iuncta gl. ꝙ si com mittitur alicui eã de iure decidenda, non posset decidi ſm consuetudinem, cũ ponãtur hic ista duo, vt diuersa, vt patet ibi, [de iure vel de consuetudine,] quod tenuit Io. An. in addi. Spe. in tit. de arbi. §. excipitur, ver. item quia corruptus. Sed ℞rium tenuit Do. Ant. in c Quintauallis, de iureiu. dixi ſ. de cõsuetu. super rub. pòt tamen cã indubitanter decidi, ſm priuilegia, vt patet ex p̃dictis. Et credo, ꝙ sufficiat illud verbũ, de iure, quia ius vult, vt seruetur consuetudo, sed ad maiorem cautelam fuit in protestatione additum, vel de ꝓsuetudine. In gl. fi. in fi. Tene hanc vlt. sol. Sed extra gl. quæro, pone ad electionẽ celebrandã, vel ad alium actũ capitularẽ, veniunt duo, quorũ vnus dicit se esse in possessione canonicatus & præbendæ, & per consequens dicit se debere in teresse ℞ca. reliquus vero, qui licet non sit in possessione canonicatus, tamen præbenda ad eum de iure pertinet, ideo petit tanq̃ canonicus se admitti, quis istorum debeat præferri, & in c. admit
ti. So. Inn. format istam q. & in effectu concludit, ꝙ si constaret alterum esse in possessione bo. fide, ille deberet admitti, & nõ reliquus, qui dicit se habere proprietatem iuris, quia facultas dandi vocem, sequitur possessionẽ, nõ proprietatẽ, vt in c. querela, ſ. eo. & c. ℞ultationib. de iure pat. Et optime facit, quod no. do. de Rota, deci. 4. Nã si admitteret proprietarius, expelleretur possessor sine iudiciaria authoritate, quod esse nõ dẽt, vt in c. in literis, de rest. spol. sed si a prin. non constat de possessione, capitulũ ad mittet vtrũq; cũ protestatione, vt uox illius ualeat, qui dẽt interesse, & si constiterit postmodũ alterum fuisse in possessione bo
12 na fide, valebit illius ſolius vox. Si aũt nemo est in possessione vel reliquus erat, sed nõ bo. fid. valebit suffragium proprietarii. † qa ſm Inn. vbicunq; nemo est in possessione, vel aliquis est, sed mala fide, omnis fructus rei ptinet ad proprietarium, quia possessor malæ fidei nullum fructum debet consequi, vt in l. mala fide, C. de condi, eã lege. Et no. bene hoc dictum Inn. Non tamen vr ex toto placere d. Ant. qa non põt qs expelli de possessione, sine iudicio. Et profecto ego nõ video, quomodo potest valere vox proprietarii, alio existente in possessione, cũ, antequam declaretur ꝓ ista in iudicis, eum esse possessorẽ malæ fidei, ad ipsum spectet perceptio omnium fructuum. Nec dẽt interim expelli, cum & ꝓdo sit restituẽdus, ut in d. c. in literis. Nec ob. d. l. mala fide, quã all. Inn. loquitur enim quando proprietarius conuincit possessorem malæ fidei in iudicio. Tunc enim priuatur possessor omni commoditate perceptionis; sed ante sententiam, non debet priuari ex officio priuato, vt in d. ca. in literis, Et ipsemet Inn. in d. c. in literis, hoc dictum contrarium sentit, vr bi dicit, nunquam valere electionẽ proprietarii, alio existente in possessione mala fide, sed oportet, ꝙ possessor prius deiiciatur per sententia m iudicis. Dixit ẽt Inn. hic, ꝙ si cõstaret aliquem esse malæ fidei possessorem, non tenetur capitulum illum vocare ad electionem, sed si sua sponte venit, non dẽt abiici. Et no. bene hoc dictum Inno. Nam dubito utrum prima pars sit vera, nam cum non debeat spoliari propria authoritate, vt ſ. dixi, ſatis spoliaretur, si eo non vocato, procederetur ad electionem. Vnde tutius est illum uocare, & si constiterit illum esse in possessione mala fide, vox sua nõ ꝓstabit suffragium, vt no. hic Inn. & in d. c. in literis, & in c. 2. de in integrest. quia nullam commoditatem debet habere possessor malæ fidei, vt ſ. dixi. Vterius qrit hic Inn. quid si laici uiolenter ingerunt se in cap. & volunt eligere vna cum clericis? Solu. dicit Inn. ꝙ si uiolentia non est tanta, quæ debeat cadere in constantem virum, non excusaret protestatio clericorum. q. d. & bene, ꝙ clerici non debent illos admittere, etiam cum protestatione, alias non ualeret electio, etiam clericorum, tanquam facta p abusum sæcularis potestatis, ut in c. quisquis, ſ. eo. & j. in ca. Massana, vbi autem metus, seu uiolentia caderet in constantem uirum, tunc possunt illos admittere cum protestatione, c & ualebit
c tunc clericorũ electio, non obstante, ꝙ laici fuerunt admissi. Iuuat. n. eos protestatio, ut hic, quod no. Quid autem si aliàs habẽtes uoces se ingerant, sunt tamen excommunicati, uel suspensi. Solu. dicit Inn. ꝙ si sunt occulti, non est necessaria protestatio,
23 cum non possint repelli. 7. q. 4. c. nonne. † Aduerte, d quia in aliis locis aliud sentit. Nam quantumcunque quis sit occultus, & toleretur, semper potest excipi contra eum, qui est excommunicatus, uel suspensus, quia tolerantia non prodest in his, quæ non exercentur ratione officii publici. Canonici autem non habẽt uocẽ, tanquam habentes publicum officium, sed ex suo iure priua
to

ADDITIONES.

(A) Ille textus ex eo loquitur, quia electio debet fieri mox post collationem. ut iste ibi tenuit, & hic loquitur quando forma ſtrictim est seruanda. Sed quando proceditur per uiam compromissi, nõ est seruanda forma ſtrictim, ut per illum in c. quia propter, supra eod. §. uel saltem. Ergo electus potest consentire suę electioni in omnibus, quando proceditur per uiam compromissi manifesti.

a Ant. Fran. De iure. Circa hoc quod hic dicitur, quod quando fit mentio de iure, de quo iure intelligatur an de communi, uel municipali, aut consuetudinario, vel priuilegiatiuo, dicas, quod in dubio regulariter uenit ius commune, non autem municipale seu consuetudinarium, ut per Specul. in ti. de appel. in §. 4. & per Bal. in l. quicunque, in 5. colum. C. de ser. fug. quod tamen intellige verum, nisi in rescripto fieret mentio de iure, quia tunc veniret ẽt ius municipale, & consuetudinarium, vt est tex. reputatus fing. iuncta gl. in c. 1. ut lit. pend. Et ideo dicebat Inn. in cap. cum uenissent, de eo qui mit. in possessio. causa rei seruan. quod illud dicitur fieri secundum ius, quod fit secundum consuetudinem. Et eodem modo dicas, quando in compromisso diceretur, quod arbiter deberet de iure procedere, etiam secũdum ius municipale, & consuetudinarium, ut uoluit Bal. not. in l. illa institutio, ff. de hæred. instituen. Et propterea, si quis in iud. cium deducit omnino ius suum, intelligitur deducere, non solum ius commune, sed etiam consuetudinarii, & municipale, & priuilegiatum, ut in l. si mater, in §. denique, & ibi per D. Ale. de exceptio. rei iud & uide Inn. in c. certificari, de sepul. & in c. fi. de of fi. Archidiac. et uide gl. in c. conquerente, de of. ord. et habetur per Bal. in l. fi. C. de annã. exceptio.

b Seb. Sap Iure communi. Vide Alb. in 1. parte ſtatu. q. 124. si compromissum. Bal. in consi. 34. inter illustrem, in 1. parte, et in consi. 106. uerba pastorum, col. 2. in ead. parte vide Fel. in c. 1. in 1. no. de ſponsa. & in c. licet causam, in 2. no. ubi etiã late Deci. de probat. Do. Ias. in l. præscriptione, C. si contra ius uel uti. publ.

c Cum protestatione. Adde Old. consi. 286.

d Ant. Fran. Aduerte. Ad hoc, an excommunicatus possit eligi, vel eligere, primo adde, quod excommunicatus habetur pro mortuo, vt in c. graue, de sẽten. excom. ubi per Io. qui dicit absque dubio haberi pro mortuo, quo ad spiritualia, quod etiam voluit Bar. in l. Barbarius, ff. de offi. præt. o. in 10. col. & dicebat Bal. in Marg. super Inn. in uer. excommunicatus, in uersi. 3. quod excõcatus non est mẽbrũ uniuersitatis. Adde tamen, quod excõicatus excõmunicatione minori, est incapax beneficiorum, dignitatis, & clericatus, ut per Do. Abb. et Doct. post Inno. infra c. fi. celebrat. de cler. excom. mini. et habetur per Arch. 33. q. 4. in cuir cum propr. et per Gem. in ca. is cui, de sent. excom. Nec potest excommunicatus eligi ad prælaturam, si est publicus, ut per Host. et nIno. in c. cum dilectus, de consue. et in c. finem litib. de dolo et contuma. et per Bal. in præalle. marga. in uer. 10. Et hoc, quia nõ habet uocem in cap. de quo uide per D. Card. in cle. 1 in 7. opp. de regula. et per Inn. in c. nulli, hoc eo. ti. et in c. consuluisti, de proc. tamen D. Abb. in c. tuæ, de cler. non resid. uidetur tenere contrarium, de quo tamen uide per Spe. in ti. de elect. in §. 1. in uer. porro. Et quod excommunicatus sit ineligibilis, uide gl. & Doc in c. lia, et in c. perpetuo, de ele. li. 6. ubi dicitur, quod est ineligibilis, tam actiue, quam passiue, et uide per Phil. Fran. in c. consti tutis, de app. ubi etiam per gl. quæ allegat multas concord. Adde tamen, quod excommunicatus occultus, bene potest esse iudex et proferre sententias in prophanis, ut in c. ad probandum, de re iud. non tamen in spiritualibus, et ideo non posset ferre sententiam excommunicationis, ut per Dom. Car. in cle. 2. §. uerum, in fi. de sen. excom Et adde quod excommunicatus etiam occultus non posset eligi imperator, vt in c. uenerabilem, et ibi per Doct. de elect. et uide D. Abb. in c. dilectus, post Inn. de con sue. et in c ueritatis, de dolo et contu. et Io. An. in c. 1. de resc. li. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

to, ut nō. idem Inno. in c. cum dilectus, de consuetu. ubi dicit, q̄ electio facta ab excommunicatis, uel suspensis, quantumcunq; toleratis & occultis, est nulla dummodo possit probari eos tempore eleectionis fuisse suspensos, vel excōicatos. Et idē Io. An. in c. j. de resc. li. 6. sed dictū Ian. posset hic procedere in omnino occultis, qui non possūt probari excōicati, sed suspensi, unde dicit Inn. q̄ capitulum procedere pōt ad electionem, uel ad alios actus non uocatis suspensis, uel excōicatis, & sufficit si postea probet q̄ illi erant excōicati, uel suspēsi, ut ipse no. in c. gratum, de post. præl. & in c. cum Vinton. & in c. consideratuimus, §. eo. Vnde consulo, q̄ semper fiat protestatio contra istos, ne uideantur scienter admissi, & sic corrueret tota electio, per c. fi. infra de procu. Si autem redeundo ad uerba Inn. dubitaretur, an ipsi essent publice excōicati, uel suspensi, uel si esset certum, non possent tū repelli sine scandalo, & iō admittēdum est cū prestatione. De hoc uide, quod dixi in c. illa, §. cod. ubi latius tractatur hæc materia per Doct. cum excommunicati, uel suspensi ingerunt se una cum aliis ad electionem faciendam. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Stylus curiæ, si non est seruatus in literis, literæ sunt subreptitiæ.*
Eccl. non cathedralis, debet in literis nominari sub nomine illius sancti, sub cuius uocabulo est, aliàs literæ sunt subreptitiæ.
2 *Patronus laicus non habet ius eligendi prælatum in ecclesia, neque de iure, neque ex pacto, neque ex consuetudine.*
Laicus non potest habilitari ad ius spirituale tenendum, nisi a Papa.
Consuetudo, ut cuius temporis non extat memoria, non potest reddere laicum capacem iuris spiritualis. 5. 9.
3 *Quod non potest fieri per pactum, potest fieri per statutum, & sic argumentum de pacto ad statutum, non ualet negatiue.*
4 *Ius patronatus non dicitur quid spirituale, sed annexum spiritualitati.*
6 *Electus debet præsentari patrono, ut consentiat, uel ut possit opponere, si habet iustam causam opponendi.*
7 *Electio alicuius prælati, quare non debeat fieri ad preces laicorum, qui sint potentes.*
8 *Parochiani nullum habent ius in præsentando, uel eligendo, nisi sint patroni.*

CAP. LI.

Sacrosancta. Per cōpositionē factā cū plato, & c. nō pōt ius eligendi cōpetere laico, ēt patrono, in eccl. collegiata h d. Pria pars narrat iniustam cōpositionē. Quam secundo reuocat, ibi, [Attendentes.] Casus lit. Quidā Comes de Verlentia, patronus monasterii S. Pancratii, pertinentis ad monasterium Cluniacē. cōtendebat cū Abb. Clunia. qui de consensu capituli sui quādam fecit compositionē, vt videlicet esset in arbitrio ipsius Comitis recipere ad prioratū dicti monasterii, vnū de duobus melioribus totius ordinis clunia. quos Abbas duxerit nominandos, exceptis prioribus Clunia. & de Charitate. Abbas Cluniacē. sū eccessor illius, qui fecit compositionem monasterio suo dānosam, accessit ad d. papam, ostendendo ipsi cōpositionē in præiudicium sui monasterii factam. papa considerans, q̄ ius eligendi non cadat in laicum in collegiata eccl. ga illud erat pernitiosum exemplum, & redūdabat in dispendiū ecclesiasticæ libertatis, statuit, vt Abb. Clunia. dictum prioratū possit libere ordinare, non obstante compositione iuri 3tria, denunciando postmodum ordinationem patrono, vt suum præ- 3 stet assensum. No. j. ibi, †[Ad Clunia. ecclesiam.] iūcta suprascriptione, in qua scribitur Abbati Cluniacēsi. q̄ quandoque eccl. nō cathedralis denoīatur a loco, sine exp̄ssione certi noīs. seu illius sācti, sub cuius vocabulo eccl. est 3structa. Nā ista eccla Cluniacē sis[a] si erat cathedralis, cū eidē p̄sideret Abbas, vt patet i suprascri a ptione, & hoc vī 5 gl. no. i c. quis, j. de p̄b. li 6. vbi gl. no. dicit, q̄ de stylo Rom. curiæ est, quando facit mentionem de ecclesia cathedrali, q̄ non exprimatur in literis nomē ecclesiæ, secus, quando b fit mentio de ecclesiis inferiorib. [b]alias literæ essent subreptitiæ, quia contra stylū curiæ, vnde concludit, q̄ si mandatur prouide re alicui in in ecclesia S. Petri Bononiensis, & non reperitur ibi a liqua ecclesia sub isto vocabulo nisi S. Petri, nō valet gratia propter expressionem illius nominis S. Petri, contra stylum curiæ, argu. in c. quam grauj, j. de cri. fal. hic at in tex. ponderando, vt prædixi probatur 3rium, quia in literis Apostolicis denominatur ecclesia non cathedralis ab oppido, vbi consistit, vnde puto ista gl. limitandam per istum tex. vbi principalis in loco illo, potest denominaria loco. Nam & aliàs talis ecclesia appellatur matrix, vt in cle i. & quod ibi no. de sent. excom. Et si p̄latus illius ecclesiæ hēt Ep̄alem iurisdictionem in illo loco, potest denominari prælatus illius loci, absque commemoratione illius sancti, sub cuius vocabulo ecclesia est ædificata. Et ita intelligo istum text. in eo, quod scribitur abbati Cluniacensi, nec fit mētio de nomine monasterii, uide ad idem bo. tex. iuncta suprascriptione in c. j. de consang. & affi. vbi scribitur Abbati Cassin. quia abbas habet iurisdictionem Ep̄alem in castro, secus āt vbi nō hēret iurisdōnē Ep̄alem, quia tunc dēt denominari a monasterio. Et sic p̄nt reduci ad 3cordiā iura, q̄ in hoc varie loquūtur, & idē intelligo, de aliis p̄latis inferiorib. ut Præposito, & archidiacono, & si. vt si in aliquo oppido habēt ecclesiā principalē & maiorē, cū iurisdictione Ep̄i scopali in loco, vt denominent a loco, sicut hic fit de Abbate, & tenemēti prædicta, quia solet illa gl. sine aliqua limitatione allegari, & in multis iuribus reperies consimilē denominationē. Secūdo no. ibi, [De tpestate capituli sui.] q̄ cōgregatio religiosorū pōt appellari capitulū, licet vulgariter appelletur conuentus, & idē no. per Doct. in c. capitulū S. Crucis, de rescrip. Nā cōuētus & capitulum sunt sinonyma, & de ethymologia conuētus & cætus, & sim. uide bo. tex. 15. dist. i. c. 2 † No. 3. q̄ nō solum de iure cōi, patronus laicus non habet ius eligendi p̄latū in ecclesia collegiata, ut in c. nobis, j. de iurepa. imo nec hēre pōt vigore cōpositionis initæ cū p̄lato de consensu capituli vt hic probatur, & puto, q̄ ēt Eps non posset hāc cōpositionem, sua authoritate validare, q.a c nullus p̄latus citra papā pōt laicū habilitare ad ius spirituale tenendum, vt leg. & no. in capitu. 2. de iud. & in capitu. bene quidem, 96. dist. & 32. dist. c. præter. §. verum, & vī de mente gl. in d. c. nobis, & de hoc ibi per Do. & vide q̄d ibi dixi, & quēadmodū non ualet compositio, ita nec consuetudo, sm Doc. & bn. p c. Malad na, j. e. ti. Et ex hoc no. q̄dā, q̄ cōpositio, & consuetudo d pari pas su ambulant, dic tu, hoc p̄cedere quoad terminos huius c. quia p̄suetudo nō pōt reddere laicū capacē iuris spiritualis, vt in d. ca. Massāna, vbi aperte probatur. Et facit q̄d no. Io. An. in c. 2. de p̄b. li. 6. vbi dicit, non sufficere tps, de cuius initio etiam non est me- 3 moria, quod no. † Tū dubium potest esse regulariter, vtrū id q̄d c non pōt fieri per pactum, non possit fieri p p̄suetudinē, vel statu f tū, [f] de quo vide glo. q̄ solet reputari singularis per legistas, C. de decr. decu. super rub. li. 10. q̄ vī confirmare illā regulā. Et q̄ non pōt fieri p pactū, non possint fieri per consuetudinē, &c. melius. Sed certe illa gl. nō est indistincte vera. Et [illegible] ut no. Bar. in l. oēs populi, in 2 [illegible] ff. de iust. & iu. in repetit. Nā multa pōt fieri per statutū, seu per p̄suetudinē, q̄ nō pōt fieri per pactum. Nā per pactum nō pōt derogari iuri publico, sed per statutū, & p̄suetudinem sic, in præiudicium illius iuris publici, vbi viget statutū, vel consuetudo contraria, vt est gl. no. iuncta. tex. in l. neque dignus, in §. priuatorum, ff. de re. iu. quod no. Idem est, q̄n aliq̄d statuit ex iuris subtilitate, puta vt nō possit alteri illi pulari. Nā pactū q̄ iū nō valeret, ar. in l. nemo. ff. de leg. j. & in c. d testi. sed statutū vel p̄suetudo hoc posset, vt no. Bar. i d. l. oēs p̄ Et

ADDITIONES.

a Cluniacensis. Adde quod uoluit Lapus alleg. 11.
b Zacha. Ecclesis inferioribus. Adde si impetratæ sunt literæ super ecclesia tra presbyterum, & erratum est in nomine presbyteri, constat tamen de ecclesiæ, vel econuerso, quod est erratum in nomine ecclesiæ, an rescriptum sit nullum, & uide Fel. remissiue, in c. significante, col. 2. uers. declara quæque modis, supra de resc.
Ant. Fran. Adde circa hoc quod hic dicitur de errore circa nomen beneficii impetrati. uel eius qui impetrat, quod talis error non uitiat impetrationem, dummodo constet per coniecturas, aut alio modo de ipsa ecclesia, & de corpore ipsius impetrantis. ut habetur in l. si in nomine. C. de testa. & in l. si quis in fundi vocabulo, ff. de leg. 1. & in l. in uenditionibus, de contrahē. & per Bal. in l. si Fortidianum, C. de leg. & in l. non ideo, C. de hæredi tuen. & in §. si quis in nomine. Institu. de leg. & uide per Spec. in ti. de libel concep. sing. §. 14. uer. quid si error. & in §. 15. uers. quod si nominum. & habetur per Oldra. consi. 256. & per Dom. de Rota decisio. 129. ubi dicunt, quod error nominis in rescripto non uitiat, & per Inn. & Io. And. & Cal. & Ant. de But. in cap. significante. de rescrip. & per Host. in Sum. de rescrip. & quæ possunt. in 1. & 2. col. vbi plenissime loquitur, & per Spe. in ti. de rescri. præsenta. in §. ratione autem. in uer. quid de dubitante, & ibi per Io. And. in additio. Specu.
c Zachar. Potest laicum habilitare. Adde istum, & post eum Felin in c. cauſana. col. 3. uer. dum dicit Abbas primlegium, supra de resc. & posui in apoſt. ad istum in c. ecclesia Sanctæ Mariæ, in ver. potestatem excommunicandi, in 5. supra de consti.
d Seb. Sap. Consuetudo. Hoc dictum refert, & sequitur Do. Decius in c. decernimus, col. antepe. ver. 5. infertur. infra de iud.
e Per consuetudinem. Adde Ol. consi. 146. in fi. qui tenet, quod id, quod potest fieri per priuilegium, possit fieri per consuetudinem.
Anto. Fran. Circa hoc, an ea quæ possunt fieri per legem, vel per statutum, aut consuetudinem, possint fieri per pactum, uide ultra hic alle. quæ habetur per Bar. & Doct. in l. non impossibile, ff. de pac. & in l. ius publicum, eo. ti. & in l. iuris gentium, §. si ob maleficium, ff. de pac. & in l. pen. de cond. ob turp. cau. Et adde, quod priuilegium operatur fortius, quam operetur pactum, ut in l. fi. C. de bo. lib. & ibi per Bal. in 2. no. tamen priuilegium impetratum contra pactum, non tollit illud, nisi de ipso pacto fiat expressa mentio, ca. ex multiplici. de deci. & uide gl. in c. 1. de pac. li. 6. in uer. derogetur. ipsum autem priuilegium est potentius, quam sit ipsum ius commune, ut per Bar. in Luerum, in §. fi. ff. de mino. & habetur in l. iurisperitos, in §. priuilegio, & ibi per Bald. ff. de excus. tut. Et adde, quod priuilegium derogans statuto, intelligitur etiam de statuto futuro, ut per Bar. in l. si milis & tibi, §. in legatis, ff. de leg 1. & habetur in l. fi seruitus, in prin. & ibi per. ff. de fer. urb. præd. Et quid operetur priuilegium continens illud idē, quod ius commune, seu statutum, habetur per Bar. in l. 1. in prin. ff. ad leg. Fal. & in l. in testamento, in §. si mulieri, ff. de leg. 3. & per Bal. in l. sancimus, C. de iud. & per Dom. Abb. in c. cum esset, in 3. uer. de test.
f Seb. Sap. Vel statutum. Vide Bar. in l. 1. §. familiæ, ff. de publica. Et uide D. Præpositum in c. quæ contra. 8. diff. & in c. consuetudinis, 10. dist. Felin. c. ecclesia Sanctæ Mariæ. col. 32. de consti. & in c. 2. col. pe. de probat. & in rub. de præsc. col. 7. uer. fallit. Late Iaso. in l. non impossibile, ff. de pac. Ale. in consuo. uol. 5. Franc. Cur. in trac. sequestrorum, q. 22. in fi. Abb. & Marta. in c. in c. si diligenti, infra de foro compet.

Et est diuersitatis ratio, quia in statuto vel consuetudine cōcurrit consensus p̄populis tacitus, vel expressus, vt in l. de quibus, ff. de leg. sed in pacto 3currit consensus populi priuatus, vt no. p. Bar. latius in d. l. oēs pp̄i. No. q̄ non solum directum ius eligendi, nō cadit in laicum ēt patronū, sed nec ēt in directū, vt hic. Numquid a autē in ecclesia non collegiata possit hēre laicus ius eligendi? [a] Do. & bene, dicunt, q̄ nō, sed ratione patronatus cōpetit sibi so la p̄sentatio rectoris, vt in c. nobis, & in c. fi. j. de inr. pa. Quæ autē sit diuersitatis ratio, dic. q̄ a per p̄sentationē non initiatur aliquid matrimoniū spūale, inter præsentatum, & ecclesiā, ad q̄ p̄sentat, sed totum ius spūale transfertur in præsentatum ex institutione 4 epi. q̄ dēt sequi. † ideo dicimus, q̄ ius p̄onatus nō est spūale, sed b annexū spūali, [b] q̄a per p̄sentationē proni, peruenit ad institutio c nem, q̄ est quid spūale, vt plenius dixi in c. q̄to, de iud. sed per electionē initiatur mātimoniū spūale. vt in c. fi. de trāsla. Epi, & in c. cum inter canonicos, §. eo. Et per eā acquiritur ius spirituale electo, vt dicit gl. no. in c. quanto, 63. dist. quæ singulariter dicit, q̄ ēt acquiritur ius admittendi in habitu. sed per confirmationem 5 competit in actu, vt dixi in c. transmissam, §. eod. † Laicus autē cū non sit capax iuris spūalis, vt in c. cauſam, de p̄scri. cum si. nō pōt transferre ius, quod ipse possidere non pōt, sed iura fecerūt mē tionē de ecclesia collegiata, quia in collegiatis tēr proceditur p electionem, vt no. in gl. in c. q̄q̄. j. eod. tit. lib. 6. Ex prædictis potes colligere rationem diuersitatis, quare ecclesia cōcessit laico potestatem præsentandi, & non ptātem eligendi. Noluit. n. in hoc mero iure spūali, cum eis dispensare, & hāc rationem sensit Inn. 6 §. eod. c. quod sicut & hæc no. † Vltimo no. q̄ in eccle. collegiata electio iam facta debet præsentari patrono, vt pro honestate prębeat suum assensum, & vt possit contradicere si habeat aliquam iustam causam contradicendi, si autem sine causa rationabili cō tradiceret, talis contradictio non deberet obesse, vt hic no. & vī tex. §. e. c. cum terra, in fi. facit c. quod sicut. eo. ti. t. In gl. 1. ibi, [Et ideo non tenuit.] No. gl. quę aperte tenet istam compositionem fuisse ipso iure nullam, quod tenet Host. qui adducit in eo, quod papa non retractat istam compositionem, sed dicit, q̄ ea non obstante, poterit abbas iste prouidere huic Prioratui. Et hanc opi. licet Goffr. hic dixerit, q̄ p in integ. resti. fuerit monasterio huic subuentum, hæc enim opi. vī in alio contra tex. in eo, q̄ dicit istā compositionem fuisse iuri contrariam, ergo erat nulla ipso iure, vt in c. in nomine dñi, j. de testi. & in c. quæ contra ius fiunt, de re. iur. lib. 5. & 10. dist. c. vide, & in l. non dubium, C. de leg. & erat 7 iuri contraria propter rationes, quæ subiiciuntur in glo. † In quo autem erat damnosa ecclesiæ dicūt Doc. q̄ electus per comitē cogebatur ex quadam reuerentia suis voluntatibus, & desideriis deseruire, tam in alienando bona ecclesiæ, quam in disponendo, ideo prohibetur, ne ad preces aliquorū quis, p̄moueatur ad dignitatē, vt in c. illud. 8. q. 2. facit 16. q. 2. in c. vifis. In gl. in ver. [Nō ca dit in laicū.] ibi, [Qui ēt non sunt p̄roni, sed parochiani.] No. ex hac glo. quod parochiani, alias non p̄roni, non hēnt ius eligendi, seu p̄sentandi rectorē in eorū eccl. Sed si ecclesia nō hēt p̄ronū li bera collatio priuet ad cēm, q̄d tenet Inn. in c. cū venerabilis, in d fi. de excep. & Io. And. in c. 1. de capel. mo. lib. 6. An aūt hoc pos fit eis 3petere ex p̄suetudine, [d] vel ex p̄scriptione, dic vt plene dixi e in c. querelā, §. c. q̄ in quadam disputat. q̄ incipit, Augerio, & per Io. And. in regula. Quod alicui gratiosē in Mercur. & Arch. in c. fraternitatem. 71. dist. In cad. gl. ibi, [Corrigitur illa Decre.] Et p hac solutione facit sm Io. And. quia ista fuit posterior illa, cum fuerit Greg. sed non placet hæc solu. cum iste tex. dicat, q̄ hæc p positio erat iuri contraria, & quod ius eligendi non cadit in laicum. Nam hæc Decre. non inducit ius nouū, sed potius declarat 9 antiquū, vt patet ex verbis literæ. † Extra alias sol. gl. dantur hic duæ sol. per Doct. q̄ tū pōt colligi ex dictis gl. in d. c. nobis. Dicebat. n. Gosi. q̄ vi priuilegii in fundatione concessi, pē illud ius eligendi competere laico patrono, & in hoc casu inte...gebat il lā decre. nobis, sed post fundationem, nō potest hoc sibi cōpetere, ēt vigore cōpositionis, vt hic, primū. n. permittitur, vt laici inuitentur ad fundandas, & dotandas ecclesias, sed postquam f ecclesiæ sunt cōstructæ, & dotatæ, cessat hæc ratio. [a] Simile in im positione cēsus, nā tolerati si ab initio imponitur, sed ex post facto, noui cēsus impositio reprobat, vt in c. prohibemus. j. de cēs. g iuncto c. preterea, il 2. de iurepatro. Hanc sol. gl. reprobat, & bene, in d. c. nobis. dicens q̄ ep̄s in hoc nō potest[e] authorizare, etiam tempore fundationis, vt ius eligendi competat laico, etiam patrono, quod puto verius, per id, quod s. dixi. Phili. posuit hic aliā solu. dicens, quod ibi non dī. q̄ laicus possit eligere, sed q̄ potest tractare de persona eligenda. Vel dic tu melius, quod ille tex. potest intelligi ex priuilegio Papæ, vt ibi no. in glo. & dic plenius, vt ibi dixi. Extra gl. opp. in eo, q̄ Papa hic mandat isti abbati, vt illū prioratū ordinet, sicut alios sibi subiectos. Nā ex quo iste prioratus erat cōuentualis, cicerio pertinebat ad conuentum, vt in c. 1. §. eo. Solu. dicunt Doc. 3rium procedere de iure cōi, sed iste tex. potest intelligi de iure speciali, quia ex consuetudine, vel priuilegio, potestas prouidendi pertinebat ad abbatem, quæ quidem consuetudo potest valere, arg. in cap. 2. j. de in integ. restitu. Vel dic q̄ posset intelligi litera, vt iste ordinet per viam, scilicet electionis, collegii, & confirmationem suam, ad hoc tex. iuncta glo. 18. q. 2. c. 1. Vlti. hic queritur, quare tex. hic dicat, q̄ patronus debet impartiri post factum, honestum assensum. Solu. dicit Ioan. Andr. quod ideo dicit honestum, quia sine aliquo grauamine, vel extorsione alicuius temporalitatis, debet consentire &c. Abbas.

ADDITIONES.

a Ius eligendi. Adde, vt per Alex. consi. 106. 2. lib.
b Annexum spirituali. Adde, quod ideo dixit Rom. consi. 369. quod in eo cōmitatur simonia, sicut in mere spiritualibus.
An in annexis spiritualibus committatur simonia, videtur quod sic, vt in c. altare. 1. q. 3. vbi habetur, q̄ vendere altare est simonia cum quamuis nō sit sacrum, sed potius annexum spiritualibus, quæ in eo exercentur, & tamen dixit Arch. in c. sanctorum, 10. q. 1. non seruari de consuetudine, de quo vide per Rom. in sing. suis quæ habentur per Alphabetum, in verb. obligatio, in ver. fructus. Adde tamen quod ius patronatus, quod quidem non est spirituale, sed spirituali annexum, iuxta ea, quæ habentur in c. decernimus, de iud. tamen ipsum ius præscribitur per annos 40. vt per Alex. consi. 58 in 4. parte consiliorum. De quo, an præscribatur per laicum, vide per do. Card. in ele j. in prin. in 5. q. de iure pa. Et an transeat iure particulari, vel vniuersali. etiam in laicum, plene habetur in c. ex literis, de iure patro. Et vtrum vemiat in fideicommisso, habetur per Dyn. & Bal. in l. cum virum, C. de fideicom. & in l. fi. in pe. col. C. de edi. diu. Adria. tollē. vbi dicit quod non, ex eo, quia licet non sit spirituale, tamen est spirituali annexum, & sic de eo iudicandum est, tanquam de re spirituali, quamuis enim cadat in laicum, illud est ex gratia concessum ipsi laico, vt plene per D. Abbatem, & alios in rubri. de iure pa. & in prælleg. c. decernimus, de iud. Ant. Fran.
c Per præsentationem. Vide quæ late tradunt Moder. in rub. infra de iud. & in c. quanto, eod. tit. & no. quod licet D. Abb. hic dicat, q̄ per præsentationē non initiatur aliquod matrimonium, tamen ēm Calde. consi. 9 in tit. de iure pat. per præsentationem videntur contrahi sponsalia de futuro, & ideo præsentatus dicitur acquirere ius ad rem, vt per Abb. in c. cum Bertoldus, col. 1. infra de re iudi. & ita tenet Lap. alle. 8. præsentatus, ad fi. Card. in cle. 1. in prima oppositi. de sup. neglig. prælа. Sebi. Sap.
d Competere ex consuetudine. Circa hoc, an laicus possit de consuetudine, vel ex præscriptione habere ius eligendi in ecclesia collegiata, dicas, quod laicus etiam de consuetudine, non potest esse patronus, neque habere ius eligendi in ecclesia collegiata, vt in c. Massana, de elect. & per Ale. in consi. 57 incip. viso puncto, in 4. parte consiliorum. Laicus enim non le tenet admittit de spiritualibus, vel illis annexis, nisi de licentia papæ, vt in c. contingat de arbit. & in c. cauſam, de præscrip. & cap. princeps. 26. q. 3. & habetur in c. Adrianus. 64. dist. & per Geminia. in c. 2. de præb. lib. 6. nisi in casibus a iure expressis, vt est. sing. glo. in c. fi. 23. q. 1. Immo dixit Inn. in c. constitutis. de elect. quod laicus possidens spiritualia, semper præsumitur esse in mala fide, quod etiam voluit Bal. in l. super longi, in 4. col. C. de præscr. lon. temp. Et ideo dixit ipse Bal. in l. male agitur, C. de præscrip. 30. ann. q̄ laicus possidens bona spiritualia, cogitur offerre titulum, & vide Do. Abb. in c. quod autem, in fi. & in c. præterea. de iure pat. & in cap. ex frequentibus, de insti. quod laicus non habet ius conferendi ecclesiam, etiam de consuetudine, nisi forsan ratione scandali euitandi, de consensu episcopi, puta, quia quando laicus esset potens & tyrannus, a cuius manu eripi non posset ecclesia, quia tunc de licentia episcopi posset illam conferre religioso, alias non, de quo etiam per Abb. in c. cura, & in c. illud, de iure patr. & Gemin. in c. 1. de præb. lib. 6. Posset tamen laicus conferre beneficia ex priuilegio papæ, vt in c. Adrianus, & seq. 63. dist. Anto. Fran.
e Augerio. Adde quæ posui in d. c. querelam.
f Cessat hæc ratio. Adde eundem Feder. consi. 247.
g Non potest. Adde videndum Ale. consi. 106. 2. lib.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium concessum a papa, non potest per legatum de latere tolli.*
2 *Commissarius papæ, an possit esse simplex religiosus?*
3 *Iudex, cui fuit commissa causa, vt eam cognoscat cum consilio aliquorum, potest dictam causam alteri delegare, & delegatus debet cognoscere cum dicto consilio, & sic,*
Delegatus debet cognoscere causam sibi delegatam eo modo, quo debebat cognoscere delegans.
4 *Clausulæ, conscientiam tuam grauamus, an importet, quod causa sit indelegabilis?*
5 *Tempus datum aliquibus ad aliquid consulendum, potest unus petere ad deliberandum, licet alij velint incontinenti respondere,*
Tempus competens relinquitur arbitrio iudicis.
6 *Consensus consanguineorum si requiritur in aliquo actu, ille actus potest sine tali consensu celebrari in fauorem illorum, qui habebant consensum præstare.*
7 *Consilium aliquorum si requiritur in aliquo actu, oportet, quod interueniat ante actum.*
8 *Consilium si requiritur in aliquo actu, & consulentes nolunt, vel differunt dare consilium, potest actus sine consilio expediri.*
9 *Citatus, qui tarde arripuit iter, non excusatur, ex impedimento postea interueniente.*
10 *Habens potestatem aliquid faciendi, si illud sibi committatur sub certa forma, potest illum actum expedire & valebit, licet forma non sit seruata, nisi in commissione fuerit processum ad ulteriora.*
11 *Consensus propinquorum si requiritur in contractu, non requiritur, si contrahitur cum ipsis propinquis.*
12 *Consilium aliquorum si requiritur in aliquo casu, an in decisione casus sit omnino sequendum consilium? & quid de consensu? & quid si fuit iudicatum secundum malum consilium?*

Universidad de Deusto
Biblioteca

13 *Consilium debet requiri ante scriptum, & est utile iterato requirere, scrutinio publicato, antequam sequatur communis electio.*

CAP. LII.

a nõ est facta a maiori, & saniori parte.[a] Si autem omnia sint hinde paria, dic quod nulla electio confirmabitur, quia nulla est facta a ma. & sanio. parte, vt dicitur hic in gl. & bene. Sed in hoc vltimo casu cadit notabilis dubitatio, nunquid isti electores sint priuati iure eligendi, vel saltem priuandi, cum processerint ad electiones, quarum neutra a maio. parte, &c. Glo. singulariter hic concludit, quod non, quasi sentiat, q id, quod dicit in c. quia propter, vt is eligatur in quem consensit maior, & sanior pars, non est de forma iustitialis, sed est de iustitia, vnde electio facta a nõ maiori parte est nulla, non ex transgressione formæ, sed ex defectu protestatis, quia in nulla parte reperitur virtus capitularis, arg. in d. quod maior. & in d. c. 1. Dicit tamen gl. q iterum possint isti electores eligere, & si isti erunt iterum pares in vocib. poterit superior facere gratiam cui vult. Dicit Io. And. & bene, q istud procedit in papa, non autem in alio superiore, quia alius citra papam non posset venire contra formam illius concilij generalis, vbi requiritur ad validitatem electionis, maior, & sanior pars. Et ꝓ hoc facit c. si cui, infra eo. li. 6. iuncta cle. ne Romani. eo. tit. sed si potestas eligendi esset deuoluta ad superiorem, tunc posset gl. procedere. Et intelligo, q fiat deuolutio per lapsum trimestre. Nã si trimestre detur electoribus, vt in c. ne pro defectu. supra eo. sentra illud non appareat aliquis electus a maio. & saniori parte, potestas deuoluitur ad superiorem, qui poterit prouidere, cui vult, vt
14 d. c. ne pro defectu. † Sed quæritur extra gl. nunquid ad validitatem electionis sit necesse, vt omnes de capitulo sint præsentes. Sol. In no. dixit, q non, requiritur, tunc necessario secundum eũ, q sint duæ partes præsentes, & scrutinantes, aliàs non valeret electio, ſm eum. Pro hoc l. nulli, & l. plane. ff. quod cuiusque vni. & in d. l. nominationum & quicquid fiet per maiorem partem istarum partium duarũ, dicetur factum a maio. parte vniuersitatis. Et no. hoc dictum, & originaliter fuit gl. in d. l. nulli. & l. plane. & de hoc vide quod dixi in c. cum nobis, supra eo. & in c. cum omnes, de const. Dicit et Inn. q in nu. istarum partium, non debent computari non vocandi, vel vocati, qui venire contempserunt, quod no. & facit gl. in clem. quod circa. tit. eo. Quot autẽ debeãt esse præsentes necessario, si multi vocati nolint interesse videbo dixi in c. in causis, supra eo. Tractauit etiam hic Inno. & Host. de abbreuiatione termini iuris, & quid si in termino abbreuiato capitulum, maior pars non comparet in termino, nunquid possit minor procedere, & quid si maior pars absens vult renouare terminum præfixum inuita minori parte? Sed de hac materia vide quod dixi post Do. in d. c. cum nobis, vbi plenius tractatur hac
15 materia. † Vlti. hic quæritur an Cardinalis possit eligi in episcopũ, an vero debeat postulari? Host. hic tenet, q eligi non potest, sed debeat postulari. Mouetur, quia Cardinalis immediatè subest papæ, & habet alias ligatus magis, quam epũs, cum nõ consueuerint Cardinales exire curiam sine licentia papæ. sed epũs non potest eligi, sed postulari, vt in c. fi. de postu. præl. ergo nec Cardinalis. Præterea ſm eũ, Cardinalis est maior epo in officio. facit quod dixi in c. 2. de cleri. non resident. Sed quis debet eligi ad maius officium, non autem ad minus, vt in c. legimus, in fi. 93. dist. ergo nõ potest eligi ad epatum. & dicit hoc probari 1. q. 1. c. filium. Ad istũ textum vt probare contrarium, respondet q potest intelligi, q iste erat simplex tempore electionis, vel, q speciale est hic ꝓp ius fraternitatis, quia erat canonicus istius ecclesiæ. Vel tertio, ſm eum, licet electus in postulando. & profecto omnes istæ solutiones abnant. Abb. hic distinguit inter epũm Cardinalem, & presbyterum seu diaconum, vt episcopus Cardinalis, non possit eligi, ratione episcopatus, secus autem in presbytero, seu diacono, vt hic. Et de hac opi. videtur hic transire Ioã. And. Sed d. Car. vẽ velle, q hæc opi. poterat ꝓcedere ſm antiqua tpa, ſm q̃ epũs erat maior presbytero Cardinali, vt no. gl. 2. q. 8. in c. q̃q̃. hodie vero secus, cũ gliber
b Cardinalis sit maior epo.[b] Hæc dria inter antiqua tpa, & modernia, nihi nõ placet, qa iure nõ ꝓbat, q de nouo fuit Cardinalatus s. epatũ eleuatus, vñ & olim & hodie epũs est maior respũ ordinis epalis, nõ. n. reperit ordo maior epatu. Hinc est, q ꝓp dehonestando se ab ordine, appellat se episcopum, vt no. in prooe. Sexti.

ADDITIONES.

a Seb. Sap. Saniori parte. Vidè Host. Car. & Io. de Ana. in c. fi. infra de sortile, & Arch. post aliquos antiquos, in sum. 26. q. 2.

b Zach. Sit maior episcopo. Tu dic, q quilibet Cardinalis habet maius officium quam aliquis episcopus, dignitatem autem non no. Bar. in l. fi quis de appell. la. gl. in c. q̃q̃. & ibi Arch. 2. q. 7. Car. Zab. in cle. 2. § iuritum. 2. eo. tit. Idem in c. 2. de cle. non residen. Et epo præfertur, vt in d. c. quãqua & per Zab. vbi s. & per Alex. in rub. ff. de iu. om. iud. quibus adde quæ dixi in addit. ad Hos. in c. bonæ lo 2. in apost. in versi. ita etiam Card. nu. supra de postu. prælato. Ant. Fran. Ad hoc, q Cardinalis dicatur maior epo, officio & nõ dignitate, vide do. Abb. vltra hic alle. in c. ecclesia vestra, lo vlt. in pen. & vlti. colu. de electi. Et adde, q Cardinales in suis parochijs tenent locũ epi ordi. & parochia Cardinalis dr esse eius diœcesis. de quo p Car. in cle 2. in § iuritum. de ele. in 3. q. vbi etiam dicit, q tituli Cardinalium æquiparantur ecclesijs cathedrum, & propter hoc dicit, q Cardinales sunt præferendi episcopis, de quo etiam per Alex. plene in rub. ff. de iu. om. iud.

ti. Et hoc respectu intellige gl. fi. in d. c. q̃quam, quæ dixit, q episcopatus est maior Cardinalatu. Sed Cardinalis est maior in officio. Nam faciunt Cardinales vnum corpus cum papa, & iu-
a dicant totum orbem.[a] vt in cap. per venerabilem. qui fil. sint leg. Et de officio, & potestate ordine, vel origine Cardinalium, vide quod plene dixi in c. 2. de cle. non residen. in lect. & præsupposito sine veritatis præiudicio, q esset simpliciter maior episcopus, nihilominus tamen sequor dictum Abb. q presbyter Cardinalis, vel Diaconus possit eligi. Et alia ratio est in episcopo, quam in presbytero Cardinali. Nam episcopus eligi non potest ad alium episcopatum, non ea ratione, quia debet eligi ad maiorem dignitatem, sed quia cum sit matrimonialiter alligatus ecclesiæ suæ. 7. q. 1. sicut, & in c. 2. ſ. de transl. Epi, non possunt canonici in illum consentire, tanquam in sponsum, ni si prius soluatur a priori vinculo. Nam per electionem initiatur matrimonium spirituale, vt in c. licet, de transla. episco. & electo acquiritur ius in episcopatu, vt not. glo. in c. quanto. 43. dist. sed durante priori vinculo matrimoniali, non potest initiari secundum matrimonium, cũ non possit consentire, sicut apparet in matrimonio carnali, & ista iudicantur a pari, vt in c. corporalis, de transla. episco. Sed hæc ratio cessat in presbytero, vel diacono Cardinali. quia cum isti non habeant episcopatum, non sunt proprie, & stricte sponsi ecclesiarum, meriro potest in eis consentiri matrimonialiter. Nec ob. q
16 habeãt alas ligatas. Nam hæc ratio nõ concludit. † Nam & Abb. non potest deserere monasterium sine licentia superioris, vt in c. cum venerabilis, de consue. & nihilo minus potest eligi in episcopum, vt in c. si Abbate, ſ. eo. lib. 6. vnde quilibet prælatus non habens episcopatum, potest eligi, ex quo non patitur aliquem de sectum, vt dixi in c. fi. de postu. præla. vbi tetigi, qui sint eligendi, & qui postulandi. Ad ca. filium, quod pro se alle. Hostien. dic, q nõ probat, solum. n. dicit, q ordinatus per papam in ecclesia Romana, non potest inde recedere sine licentia papæ, non enim ꝓhibet electionem. Nam fateor, q papa poterit denegare licentiã sicut potest Ab. si monachus eligitur in episcopum, cũ non possit consentire sine licentia Abb. vt in c. si religiosus, ſ. e. lib. 6. Sed pro Host. facit c. bonæ, il 1. sup. de postu. præl. vbi Car. fuit postulatus, sed ibi nõ negatur quin potuit eligi. Et pro hoc iste tex. qui probat de electione. Item potest intelligi. iste tex. q fuit postulatus per electionem, & quicquid ibi dicat, iste tex. optime probat istam partem.

ADDITIO.

a Totum orbem. Vide Ioan. de Lig. in c. 2. de cleri. non resi. vbi dicit, q Cardinales dicuntur esse pars corporis papæ. & dixit Host. in c. antiqua. infra de priuil. q sunt inuiscerati papæ, & ideo, licet episcopi teneantur iurare papæ fidelitatem, non ita Cardinales, & nunquid Cardinalatus sit maior dignitas, quam episcopatus, vide latissime per do. And. Sic. in tract. de præstantia Cardinalium. q. 1. col. 7. cum pluribus sequentib & Cald. consi. 1. in fin. de transla. episc. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Electores non possunt variare, publicato scrutinio. 4. 5. 7. 8.*
2 *Matrimonium non contrahitur nutu, & non compellitur quis contrahere matrimonium, nisi prius præcesserint sponsalia.*
3 *Beneficium collatum absenti, nullum ius quærit ipsi absenti, licet collator nõ possit amplius variare.*
6 *Electio facta de officiali absente, an possit retractari.*
Argumentum a contrario sensu, an & quando procedat.
9 *Postulatio, & electio non procedunt a pari, nec arguitur de uno ad aliud.*
Forma non seruata in una parte actus, uitiat totum actum.

CAP. LVIII

1 **Publico.** † Breue est, & per alia verba potest sic summari. Publicato scrutinio, non possunt electores variare, sed compelli debent ad collationem, & electionem. h. d. Primo ponit dictum. Secundo rationem, vel potius aliud dictum ibi, [Cum sit.] Tertio aliud dictum, ibi, [Ad quod.] Casus literalis. Canonici procedunt ad electionem secundum formam scrutinii, in ipso scrutinio uolunt variare, & eligere alium, quæ rebatur, an possint. Respondetur, q non, cum fieri debeat collatio, & electio sit celebranda, & si hoc facere noluerint, per superiorẽ compellantur. Ber. No. 1. istum tex. & tenebis menti, quia est singularis in materia sua, q post publicationem scrutinii, seu votorum redactorũ in scrutinio, non est locus variationi. Olim enim antequam emanaret hoc c. variæ erant opi. Nam quidam dicebant, q poterant electores variare vsque ad subscriptionem electionis. Quidam donec electus consentiret. i. vsque ad confirmationem. Alii, q vsque ad electionem, vt no. in c. quanto. 63. dist. & per Host. in Summa. co. tit. §. vtrum mutari. Nemo enim tenebatur per quod hic dicitur. Secundo no. q varietas reprobatur, præsertim post electionem. Tertio, & vlt. not. q electores possunt compelli ad eligendum. Et sic habes casum hic, in quo valet electio facta per compulsionem, quod videtur contra ca. vbi periculum, in §. cæterum, ſ. eod. lib. 6. vbi dicitur, q cæssat electio vbi adimitur libertas eligendi. Sed dic, q propter principium voluntarium in
2 consentiendo in scrutinio, non videtur adimi libertas per compulsionem † Simile in matrimonio carnali, q contrahi non potest intercedente metu, vt in c. cum locum, de spon. & tamen si præcesserunt spõsalia de futuro, compellitur quis cõtrahere matrimonium, & sic perficere illa spontalia, vt in c. requisiuit, & in c. literis. ſ. de sponsa. ita dicendum in hoc matrimonio spirituali. Sed oppo. contra tex. videtur enim q ex sola publicatione scrutinii, non debeat esse præclusa via variãdi, cum necessaria sit subsequens electio verbalis, vt in c. quia propter. & c. ecclesia. s. eo. ꝓterea matrimonium illud spirituale initiatur per electionem, vt in c. licet, de transla. episc. ergo ante electionem debet esse locus variationi. Sol. difficile est indagare veram rationem decidendi. ad istum texideo, vt dixi, nemo antiquorum tenebat, quod hic dicitur. Glo. 2. hic reddit aliquas rationes soluendo contrarium. Et primo, q ideo non possunt variare publicato scrutinio, quia res desinit esse intera, vt in c. in causis. s. eo. Et hæc ratio est sufficiens secundum Io, And. & bene, quia eo ipso, q proceditur ad tractatum electionis, res desinit esse integra, vt d. c. in causis, & quod ibi no. Vnde si ratio glo. esset vera, sequeretur, q etiam ante publicationem scrutinii, non possent electores variare, cũ verum sit dicere, rem desiisse esse integram, ex quo vota electorũ fuerunt redacta in scriptis, cuius contrarium innuit tex. requirẽs publicationem scrutinii, vt præclusa sit via variandi. Secundo gl. redditaliam rationem, quia non potest quis mutare consilium in alterius præiudicium, vt in l. nemo. alleg. in gl. & in reg. mutare de reg. iur. lib. 6. Hæc ratio est nimis generalis, nam militat etiam ante publicationem scrutinii. Præterea, cum ius non sit quæsitũ nominato, quia absenti nihil quæritur, vt in l. absenti, ff. de don. non potest dici, q tractetur de suo præiudicio. Tertio dicit gl. q ideo prohibetur hæc mutatio, & variatio, quia posset esse damnosa ecclesiæ, quia protraheretur electio, & mora est ecclesiæ periculosa, vt in c. ne pro defectu, s. eo. Hæc ratio necessario nõ cõcludit. Nam militat pariter ante publicationem scrutinii. Item canonici habent trimestre ad eligendum, vt in d. c. ne pro defectu, ergo illud tẽpus debet cedere eis ad lucrum, vt possint qualitercunque tractare, & differre per totum illud tẽpus, ideo nõ peccat quis differendo vsque ad illud tempus, ex quo vtitur legis authoritate, 23. q. 4. qui peccat. facit reg. indultum, de reg. iur li. 6. Quarto dicit gl. q per huiusmodi publicationẽ scrutinii electio
a videtur quodammodo initiata,[a] sicut per citationem negotium dicitur quasi cœptum, vt in c. gratum, de offi. dele. Sed ꝓ hoc facit d. c. licet, vbi dicitur, q per electionem initiatur istud matrimonium, ergo non antea. Sed glo. in fi. respondet, q non solum initiatur per electionem, sed per publicationem scrutinii dicitur initiari, quia nequeunt electores variare. Hæc responsio nihil valet, quia repetit primum. Quare de hoc quærimus, quare nõ possint variare electores post publicationem scrutinii, ex quo matrimonium spirituale non est vere initiatum. Ioan. And. nititur hic multum in reddendo rationem decidendi, & coniungendo dicta sua, quæ in duobus locis hic posuit, concludit, q hoc nouũ inducit hic hæc constitutio. & q potuisset princeps de alio tempore statuere, puta, q post scrutinium non possint variare, constitit enim hoc in principis voluntate. q. d. hoc esse de arbitrariis, quæ explicantur solum ex sola principis voluntate. Potest tamen reddi ratio secundum eum. Nam matrimonium spirituale habet tres partes. Prima est electio, secunda confirmatio, tertia cõsecratio, vt in d. c. Prima autẽ pars. ſ. electio, habet multas partes quoad substantialia formæ, sed quoad cõsensum habet tres partes, vt est scrutinium, & ipsius publicatio, & electio subsequens. Vnde ex quo deuẽtum est ad medium, seu ad duas partes ipsius primæ partis, videlicet, scrutinium, & ad ipsius publicationem, non debet esse locus variationi, cum sit vere initiatum matrimonium, vt in c. cum inter canonicos, s. eod. Ita postquam deuentũ est ad istas partes electionis, quasi ex quo ẽ explicata maior pars istius actus, debet esse præclusus locus variãdi. Nec obst. q multa præcedant scrutinium, seu publicationem. quia ea quæ præcedunt electionem, non sunt substantialia consensus, licet sint substantialia formæ, alias sequeretur absurum, q consensus nondũ præstitus, haberet substantialia formæ. Ea vero, quæ sequuntur scrutinium, sunt substantialia consensus, & sic respectu consensus, solum habemus illos tres actus, ſ. scrutinium, publicationem & ipsius electionem, post scrutinium nõ est præclusa via variãdi, quia adhuc non est deuentum ad medium. Sed post publicationem secus, quia habemus duas partes electionis. Præterea, fuit æquum hoc statuere post publicationem, ad cõseruandam famam nominati. Nam infamaretur nominatus, si postquam vota sunt publicata, liceret recedere a scrutinio, sed ante publicationem cessat ratio infamiæ, ex quo vota nondum sunt notificata. Hæc sunt in effectu dicta Io. And. satis profecto persuasiua. Sed necessario non concludunt, præsertim in eo, quod dicit, q hoc nouum inducit decr. Ex hoc enim vult, q hic statuat ius nouũ, quod

ADDITIO.

a Quodammodo initiata. Et a qua non resilitur, nisi de nullitate primæ electionis sit cognitum, vt per Innoc. in cap. si consideremus, supra eod. & in cap. constitutis, & ibi Doct. infra de appel. & Bald. in sua marg. in uersi. electio. uersi. 2. Zach.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod mihi placet, quia nullum verbum ponitur in tex. ſapiẽs ius nouũ. Fateor. n. ꝙ hæc conſtitutio eſt noua, ſed rõ fuit antiqua. Vnde dico, ꝙ hæc eſt iuris antiqui declaratoria. Pro hoc, tex. qui dicit, [nequeunt variare.] Nõ. n. ſtatuit de nouo, ſed potius declarat illud, quod erat de mero iure, nondum redacto in ſcriptis. qa ius eſt, quicquid rõne conſiſtit. 1. diſt. c. ꝙtuetudo Et reprobat hic Io. And. rõnem ꝙ reddit tex. dum dicit, ꝙ nequeunt electores variare, cum ſit facienda collatio, & celebranda electio. Nam hæc rõ ſm eum, non concludit neceſſario, quia & ante publicationem militat hæc rõ, cum poſt ſcrutiniũ debeat ſequi publicatio, item collatio, & electio, vt in d. c. quia pp Do. Ant. nititur ſuſtinere deciſionẽ tex. per rõnem literæ, dicens, ꝙ quemadmodũ aliæ obligationes oriuntur ex conſenſu, vt in l. conſenſu, ff. de act. & obli. ita & in electione obligatio oritur ex conſenſu eligentium. Vnde hæc electio eſt valida, & perfecta iure nãli, licet ꝓ forma acciderãliter inducta, fuerit inſtitutum, vt debeat ſubſeq collatio, & cõis electio. Cũ ergo inſpecto iure nãli, videat iã pfecta ex votis in ſcriptis redactis & publicatis, nõ dẽt eſſe locus variationi, qua ſi principiũ finis neceſſitatiuũ ſit expletũ, iõ litera dicit, ꝙ faciẽda ſit collatio, &c. quaſi iſte finis neceſſario trahat ad principiũ. & ſi dicat, regrit publicatio, cũ iã pſenſus ſint preſtiti in ſcrutinio. Reſpondet, ꝙ ante publicationem non cenſetur conſenſus capitularis, nam prius ſigillatim quilibet per ſe conſenſit. Hec ratio do. Anto. videtur prima fronte vera, ſed certe ſi diligenter conſidere tur, de iure non concludit. Vnde inſpecto mero iure naturali, & ſingularibus conſenſibus præſtitis in ſcrutinio, inducitur electio, quia publicatio ſcrutinij, & collatio communis, & electio ſubſequẽs, ſunt de iure poſitiuo inductæ, per c. quia propter, vnde nõ eſt ſeruanda illa forma, ex quo ex conſenſibus ſingularib. inducitur electio, vt ibi dixi, & no. gl. in c. ſicut cum, eo. tit. lib. 6. ergo ex ratione ſua non liceret variare, etiam ante publicationẽ ſcruti nij. Præterea dico, ꝙ nulla obligatio eſt orta nominato, vel electo, etiam poſt publicationem ſcrutinij, antequam electus conſentiat electioni, quia abſenti nihil acquiritur, vt in d. l. abſenti, &
3 quod ibi no. Bar. † Et probatur in d. c. ſi tibi abſenti, de præb. li. 6.
a vbi dicitur, ꝙ ſi beneficium confertur abſenti, [a] nihil acquiritur
b abſenti, antequam conſentiat, [b] licet conferens non poſſit varia re, vt ibi dicitur. Et hoc ideo, quia per collationem eſt functus officio ſuo, & iſta eſt vera ratio, quare conferens non poteſt variare, ex quo ius non eſt quæſitum prouiſo, & hanc rationẽ ponit Bar. in d. Labſenti, & dixi in c. 1. de poſtu. prælat. Et per h. d. no. Bar. ꝙ ſi ciuitas habens electionem poteſtatis iure proprio, eligit aliquem abſentem, & nihilominus etiam poſt electionem factã, poteſt variare, & alium eligere, ex quo nondum eſt præſentata electio. Et fuit hæc quæſtio olim diſputata Bononiæ, vt etiam hic refert Io. And. ſecus dicit ibi Bar. quando aliqui ciues haberent facultatem eligendi poteſtatem à communitate. Tunc enim poſt quam elegerunt, etiam abſentem, non poſſunt variare, quia licet abſenti non ſit ius quæſitum, tamen electores ſunt functi, p electionem officio ſuo, arg. in c. in literis, de offi. deleg. & optime probatur in d. c. ſi tibi abſenti, quod ſic debet intelligi. Et ex iſtis ego infero ad veram rationem decidendi huius text. Dico enim ꝙ ideo publicato ſcrutinio, nequeunt variare electores, qa ſunt functi ſuo officio. Nam electio communis, quæ debet ſubſequi, non eſt ſingulorum, ſed capituli, & requiritur ſolum pro forma, vt appareat cõmunis electio, vt in d. c. in Gen. Publicatio autem requiritur de vnanimi conſenſu eligẽtium. Per hoc dico, ꝙ iſte text. non habet locum in his, qui habent eligere iure proprio, vt ſunt communitates eligentes ſibi Poteſtatem, vt ſupra dixi. Et idem poteſt attentari in quolibet collegio ſeculari, vt ſint iſta collegia alicuius profeſſionis. Non enim ipſi eligunt ex officio eis commiſſo a iure, ſed canonici eligunt ex officio eis dela-
4 to a iure, vt in c. quamquam, infra eod. lib. 6. † Et per hoc poteſt decidi quæſtio, quam hic format Ioan. And. r. nunquid eligentes aliquem in canonicum poſſint variare, publicato ſcrutinio. & videtur concludere, ꝙ ſic, quia iſte tex. procedit, vbi eſt ſeruanda forma c. quia propter, vt colligitur ex litera, dum facit mentionem de collatione & elec. ſubſequenti, ſed iudicio meo contrarium poſſet attentari per ſupradicta. Nam per hunc actum ſcrutinij & publicationis, functi ſunt electores officio ſuo, cum neceſſario non debeat ſubſequi electio communis. Sed dubita-
5 tur de patronis eccleſiarum, † nunquid poſſint variare publicato ſcrutinio, ſi proceſſerunt per viam ſcrutinij? & concludit Ioan. And. hic, ꝙ ſic, quia patronorum non eſt proprie eligere, ſed preſentare. ergo ante præſentationem, poſſunt variare tam clerici patroni, quam laici. & tene hoc dictum ſemper menti. Sed poſt præſentationem laici poſſunt variare, clerici non, vt in c. cum autem. infra de iure pat. Et placet mihi hæc concluſio, quia nõ poſſunt dici functi officio ſuo, ante præſentationem, cum eorũ officium conſiſtat in præſentando, vt in c. fin. de iure patr. & per hoc habes apertum intellectum huius c. In gl. ſi. ibi, [Idem credo in poſtulatione.] Vult iſta gl. ꝙ ſicut electores nequeũt variare, publicato ſcrutinio, ita nec poſtulantes. & hanc opi. ſequitur gl. in cap. pen. & [illegible] ſupra de poſtu. præla. & facit pro hoc c. in cauſis, ſupra eo. ti. vbi patet, ꝙ canonici compromittentes, tenẽtur recipere poſtulatum a compromiſſariis, nec poſſunt ab illa poſtulatione recedere, licet nondum ſit ſuperiori præſentata. Ergo eodem modo nequeunt recedere a poſtulatione propria. Nam id, ꝙ fit per compromiſſarios, cenſetur factum a compromittentibus, arg. in l. vnum ex familia, ff. de le. 2. Contrariam opin. tenet gl. in c. de Siracuſanæ. 28. diſt. firmans, ꝙ donec poſtulatio ſit præſentata ſuperiori, poſſunt poſtulantes variare, per c. bonæ, in ver. nec ob. ſupra tit. proxi. & hanc opi. ſecutus eſt ibi Gof. & Inno.
6 c. ſi. co. tit. † Eſt poſt multa ſequitur Ioan. And. Mouetur principaliter, quia argu. a contrario ſenſu, non ſemper proceditur iuxta no. per gl. 1. q. 1. c. ſi qui a ſimoniacis. & in c. 2. de fo. com
c pet. Tamen ſm eum hic, arg. a contrario ſenſu [c] ſemper eſt in iure validum, & forte, niſi reperiatur in iure expreſſum contrarium, quo caſu procedunt contraria in iuribus præalle. ad hoc c. cum apoſtolica, de his, quæ fiunt a prela. Vel ſm eum, vbicunque verbum canonis, vel legis ponitur cauſatiuè, ſemper valet arg. a contrario ſenſu, intellige, niſi cõtrarium in iure ſit expreſſum, ſecus vbi ponitur narratiuè, vel modaliter, quia tunc non capitur a cõtrario ſenſu. Vnde in d. c. bonæ, in ver. nec obſtabat, probatur a contrario ſenſu, ꝙ antequam ſit poſtulatio præſentanda, poſſunt poſtulantes recedere, nec reperitur in iure ſm eum contrarium expreſſum, ideo debemus ſtare illi text. cum loquatur cauſatiuè, non autem narratiuè, ſeu modaliter. Nec ob iſte tex. quia non loquitur in poſtulatione, vt patet ex tex. & ex ti. ſub quo iſtud capitulum collocatũ, nec debemus arguere ab identitate rationis, quia non eſt eadem ratio inter poſtulationem, & electionẽ. Nam per electionem initiatur matrimonium ſpirituale, & ius acquiritur electo, vt no. in c. quanto. 63. diſt. ſed per poſtulationem, nullum ius acquiritur poſtulato, vt in c. pen. ſ. fin. tit. proxi. Item in poſtulatione, non eſt proprie conſenſus, quia non conſentiũt in poſtulatum, ſed deliberant poſtulare illum a ſuperiore, ergo non cadit ineo diſſenſus, quia ibi non eſt conſenſus, vbi non eſt diſſenſus, arg. in c. ad diſſoluendum, de deſponſ. impu. Nec ob. c. in cauſis, quia alle. quia vt ibi no. in gl. ſi illud contingit ratione promiſſionis illis compromiſſariis, quia promiſerant recipere eligendum ab eis. Et cum hac opin. tranſeunt communiter Doct. Mod hic, & in d. ver. nec obſtabat. Et hæc concluſio videtur mihi veriſſima, per ſupra dicta, & no. theoricam Io. And. ſ. incidenter tacta, an. ſ. & quando valeat argu a contrario ſenſu. Io. Cald. excipit hic alium caſum, dicens, ꝙ vbi ſurgit abſonus intellectus, non valet arg. a ꝛrio ſenſu, pro hoc qđ legi. & no. in c. quãto, ĵ. de vſur. & l. cũ patrẽ, C. de cõdit. inſer. Et adde gl. ꝙ ipſemet dicit ſingulariter in cle. vna, de vſu. var. ſane. Sed ad mãm huius arg. vide latius p Bal. in l. quẽticula. C. de epiſc. & cler. & p Bar. in l. oẽs populi. ff. de iuſt. iur. dico plenißime in c. cum apoſtolic. ſal. vbi melius in mã edit, iõ dic, vt ibi. In fi. gl no. gl, ſentit. n. bonam limitationem ad c. quia pp, & c. cum poſt petitum, ſ. e. vbi hr̃. ꝙ poſt publicatũ ſcrutininm, dẽt ſequi incontinenti collatio, & poſtmodum electio aliàs electio protracta, nõ valet, vt ibi hr̃. Illud. n. procedit, vbicunque protrahitur electio ex negligentiã eligentium, vel exigentia quadam, ſecus ſi eligentes differant in fraudem electi. Tunc enim mora non habet electionem vitiare, arg. hic, nam nõ põt adire ſu-

perior, vt compellat iſtos publicato ſcrutino ad eligendũ, quin interponãt mora. Et hãc opi. ſeu limitationẽ ponit hic & Inn. ſequuntur & Doc. in d. c. cũ poſt petitiã. Vel põt dici ſm Inn. ꝙ iſta compulſio debet fieri incontinenti. Vel tertio ſm Car. Aut compulſio fit incontinenti, & poterit ſubſequi electio ex eodem ſcrutinio, vel ex interuallo, & tunc fiet nouum ſcrutinium, cum hic non dicat ꝛrium, & iura debent iuribus ꝓcordari. Mihi non placet hæc diſtinctio, quia raro ꝓtingere põt, vt electoribus reſiſtẽtibus fiat intercapedo. i. interuallũ in adeundo ſuperiorem, qui habebat citare electores, & eorum excuſationẽ audire. Et tũ rex. hic indiſtinctè dicit, ꝙ eſt faciẽda collatio, & electio celebranda, ad quod per ſuperiores compellantur, & ſic vult ex eodem ſcrutinio. Præterea ad quid fiet nouum ſcrutinium, ſi nequeunt electores variare. Et tandus eſt n. circuitus, vt in cle. auditor, de reſcri. & fugiẽdus eſt intellectus, qui nulla vtilitate affert, argum.
7 in l. 1. ff. ad mu. † Extra gl. quæro, pone ꝙ publicato ſcrutinio, vota eligentium reperiuntur æqualia. nunquid poterunt illi electo res variare: Doc. dñt hic, ꝙ ſic. Nam non poteſt ex illo ſcrutinio quantumcunque publicato, ſequi electio, cum non conſenſerit in aliquem maior pars. arg. in c. quia pp, & in c. eccleſia, ſ. e. & ibi gl. ſi. Ergo ceſſat rõ huius c. Præterea nulla infamia irrogatur nominato ex variatione, cum nemo habuerit maiorem partem capituli, & ex hoc infertur ſm Do. ꝙ publicato ſcrutinio, poteſt minor pars accedere ad maiorem partẽ, quia ex votis minoris par-
a tis, nõ ꝓ ſequi electio, [a] & nullũ ius eſt acquiſitum nominato,
4 pro hoc facit no. gl. in c. cum in iure ſ. eo. quod no. † Vlterius quæro pone, ꝙ publicato ſcrutinio, appareat nominatum eſſe ineligibilem, nunquid poſſint electores variare, ſcrutinium de nouo faciẽdo, & alium eligẽdo? Doc. volũt ꝙ ſic, qa cũ electio de ineligibili facta nõ teneat, vt in c. cũ in cunctis, ſ. eo. non debent electores vexare ſe, & eccleſiam ſuperfluis expenſis, & interponere moram inutilem. pro hac opi. facit c. perpetuo, ĵ. eo. li. 6. Idem dicunt, qualitercunque appareat electionem futuram eſſe nullam ſecus ſi veniret caſſanda, puta, ſi ſcrutinium fuit publicatum, aliquo contempto. Nam tunc debet ſequi electio. Nec eſt locus va-
9 riationi, quia fortè ſuperior diſpenſabit, vel contẽptus acquieſcet electioni. † Sed dubium eſt pone, ꝙ publicato ſcrutinio legitimè facto, ſupervenit defectus in forma, puta, quia fuit omiſſa collatio, vel cõis electio, nunquid poterunt electores variare? Inn. hic refert ꝛrias, & diuerſas opi. Nam quidam dixerunt, ꝙ poterant variare, quia ſcrutinij publicatio, & electio, faciunt vnum actum, ergo forma non ſeruata in vno debet in totum caſſari, & per cõ ſequẽs cum ſcrutinium vitiet, dñt poſſe variare. Alij tenent ꝛriũ, dicentes, ꝙ ex quo ſcrutinium ſemel validũ fuit publicatũ, licet ex defectu ſuperuenienti debeat caſſari, tñ electores tenentur de nouo eligere nominatũ, non obſtante, ſi dicatur, ꝙ electores venient priuandi ex tranſgreſſione formæ, vt in c. quia pp, ſ. eo. ga anteq priuentur, poterunt eligere, vt ibi no. Et dicit Comp. ꝙ pa
pa. ſ. Inn. in publico ꝓciſtorio, hãc opi. de fendebat, & tenuit Archi. in quadam ſua diſp. & ſequitur Io. de Lig. hic & cõiter alij ſequentes. Mouentur, qa ex illis votis publicatis fuit orta obligatio, ſaltẽ nãlis nominato, quæ non debet tolli ex tranſgreſſione formæ accidentaliter inductæ. Aduerte ꝙ hæc opi. eſſet vera, ſi fundamentum eſſet verum, ſed ego nego, ꝙ ex illis votis aliquid ius ſit quæſitum nominato, vt ſ. dixi. Nec dñr iſti functi officio eorum, ex quo actus annullatur a iure, ex tranſgreſſione formæ, vt in l. diem. ff. de arb. dixi in c. noſti, ſ. eod. Vlt. hic ꝗritur, quis erit
b iſte ſuperior, qui habebit compellere [b] electores. Io. And. cõclu dit, ꝙ ille ad quem ſpectat confirmatio, licet aliàs non ſit ordinarius iſtorum eligentium, quia ex quo ꝓceditur ꝓfirmatio, videntur ꝓceſſa oĩa præambula, per quæ peruenitur ad ipſam confirmationem, arg. in c. præterea, de offi. deleg. & in l. ad rem mobilẽ, & l. ad legatum. ff. de procu. & notabis diligẽter hoc, quia facit ad multa, vt is ad quem ſpectat ꝓfirmatio, poſſit oĩa præambula exercere, & iuriſdictionem exercendo in alios non ſubiectos. Vide ñ, quod dixi in c. ſolicitè, ĵ. de reſtit. ſpol. Nã põt de hoc dicto dubitari, & facit optimè in ꝗrium, quod no. gl. in cle. j. de iu. pat. Tenemenți dictum Io. And. pp eius authoritatem, qui & voluit ꝙ in caſu, quo publicato ſcrutinio fieret deuolutio ad ſuperiorem pp reſiſtentiam, ſeu negligentiam eligentium, ꝙ ſuperior teneatur prouidere, ſeu eligere nominatũ iſtum in ſcrutinio, ſicut tenebãtur primi electores, arg. in clem. vnica, de ſuppl. neg. præl. Sed ego dubito, an hoc ſit verum, quia electores habent trimeſtre ad eligendum, vt in c. ne pro defectu ſ. eo. ergo his negligentibus eligere, deuoluitur poteſtas integra ad ſuperiorẽ. Nec poteſt dicere electus, eſſe ius ſibi quæſitum, per ſ. dicta, vt dicit text. in l. pen. C. ad Sil. nihil actum eſſe creditur, quando aliquid de ſub ſtantialibus ſupererit ad agendum, vnde ex quo electio nõ erat facta integrè, poteſtas fuit deuoluta ad ſuperiorem. Abb.

ADDITIONES.

a Seb. Sap. Abſenti. Vide Ale. poſt Bar. in l. diem functo, col. 10. ver. iuxta prædicta, ff. de offi. aſſeſſ. ubi vult qđ niſi in ſupremis dignitatibus ſpiritualibus, cõferãt dignitas ꝑ electionẽ. & hoc ẽt voluit Imo. in c. pp ſterilitatem, col. 3. de loca. ſed ꝛriũ ſentit Bar. in le. 1. 5. diuus, col. 5. ff. de va. & extraor. cog. ubi dicit, ꝙ Poteſtas & Capitaneus conſequuntur dignitatẽ a die electionis. Vide pro ſolutione, Fel. in c. eam te. colu. 5. uer. 5. reſtringitur ſupra de reſcri.
b Zac. Antequã cõſentiat. Adde late de q. c. huius notabilis. ſ. quid ſola electio conferat, & an abſenti, ius aliquod per illam acquiratur, maxime ante ſcientiã & acceptationẽ, & an poſſint eligẽtes variare ante cõfirmationẽ, & qa per Iac. Rebuf in l. ſi quos, nu. 1, & ibi remiſſ. in apoſt. ad ipſum C. de decur. li. 10. euadẽ in l. præcepit, nu. 7. & in apoſt. ibidẽ, C. de cano. lar. titu. eo. lib.
Ant. Fran. Circa hoc, quod ius tribuatur electo per electionem, dicas quod electio nõ tribuit dignitatem, niſi ſubſequatur inueſtitura leg. ex eo tempore, & ibi Bar. ff. de teſt. mi. tñ Bar. in l. priuatorum. C. de iur. om. iud. dicit electũ habere iuriſdictionem, & ſi non ingrediatur officium. Sed poteſt dici, ꝙ habet iuriſdictionem in habitu & non in actu, & ita poteſt ſaluari Barto.
a contrarietate. Et adde, ꝙ electio decani facta per capitulum cum conſenſu epiſcopi ad quem pertinet confirmatio, tribuitur ad rem, & non in re, vt volunt dom. de Ro. dec. 394. quæ inc. cum ad capitulum, in no. Et adde ꝙ electio ita demum acquirit ius electo, ſi ſit canonica ſed non exercitij adminiſtrationis, niſi ſequatur confirmatio, vt in cle. 1. in §. nos. itaque, & ibi do. Card. in 20. nota. de iureiur. Et adde, ꝙ electio non quærit aliquod ius electo, niſi poſt literarum præſentationẽ. De quo per gl. in c. cũ Bertold. de re iud. & per Io. And. in c. 2. de poſt. præla. & habetur per Bar. in l. ſancimus, C. de conſu. li. 12. ubi dicit, ꝙ ante talem præſentationem, poteſt renocare l. abſenti, ibi per Bar. ff. de do. & habetur per Bald. in l. 2. in §. ff. C. communi. de le. & vide per dom. Abb. in c. nobis, de iur. pat. & in c. accedens de præb. vide Bartol. in l. ſed reprobari, in princi. ff. de excuſa. tuto. Et tenẽ mente dictum Inn. in c. ex parte, de arbi. ubi no. dicit, ꝙ electio non tribuit electo, dominium in prælatura, niſi confirmetur, ſed tantum ius ad petendum confirmationem, & ad proſequendum ſuam electionem.
c Seb. Sap. Contrario ſenſu. Vide d. Iaſin. l. 1. col. 8. ver. 4. fallit ff. de oſt. eius cui man. eſt iuri. & etiam in ſeq. fallen.

per eũ, quid ſi intra terminum eis per eum præfixum, non eligerent, quod, poſt lapſum trimeſtre, poſſit ſuperior eligere, & quem teneatur eligere vide Car. manda. in ſuo tracta. de ele. 1 par. cap. 3 1. in gl. in uer. facienda.

SVMMARIVM.

1 *Electio ſimoniaca eſt nulla, & non poteſt electus per ſimoniam, etiam ignoranter, amplius eligi pro illa uice. 2. 3.*
4 *Epiſcopus, an poſſit diſpenſare ſuper ſimonia. 5. 6.*
Epiſcopus non poteſt diſpenſare, niſi ſuper his caſib. qui a iure exprimũtur.

CAP. LIX.

1 Si alicuius. †, Caſſata electione pp ſimoniam, etiã ſine culpa electi, non diſpenſat eps ea vice cum caſſato, ſecus, ſi electus libere reſignauit. h. d. ſm intellectum gl. 2. in fi. ſed inhærendo verbis literæ, ſumma ſic. Caſſata electione prælati pp ſimoniam ſine vitio electi commiſſam, non diſpenſat eps ea vice cũ caſſato ſup illa prælatione, ſecus in ſimplici beneficio, ſuper quo diſpenſat, ſi libere reſignauit. h. d. Et habet duo dicta, ſm, ibi, [Quamuis.] Caſus li. Aliquis eſt electus in prælatum alicuius eccleſiæ per ſimoniam, eo tñ ignorante, nec ratum habente talis electio propterea reprobata eſt, quæritur, vtrum eps poſſit diſpenſare cum illo, ſi iterum ad eandem prælaturam eligatur? & rñdetur, ꝙ eps cum illo illa vice diſpenſare non poteſt, ſed cum illo, qui ignoranter ſimplex beneficiũ eſt adeptus per ſimo-
2 niam, poſt liberam reſignationem poteſt eps diſpenſare. B. † No. 1. ꝙ electio ſimoniacè facta, & ignorante electo, eſt nulla, quia vicioſè facta extitit, ſed hoc c. nobis, ĵ. de ſimo. Et idem dic in colla-
3 tione. 1. q. 1. c. quicunque. † No. 2. ꝙ promotus, ſeu electus ſimoniacè, licèt ignoranter, non põt ea vice obtinere illam prælatu-
a ram, [a] etiam ſi legitimè ſibi de nouo conferatur. Nam pp vitium præcedens, inhabilitatur ad illam prælaturam, in tota vacatione, vnde exponunt Doc. tex. ibi. [Illa vice] i. in ea vacatione, qđ placet. Oportet. n. ꝙ vitium ſimoniæ purgetur per intermediam perſonam. Nam ſi poſſet in ea vacatione ad illam prælaturam eligi, vel promoueri, videretur promotio vitioſa ex proximitate vitij, quia ea, quæ incontinenti fiunt, videntur ineſſe, vt in c. officij,
4 ſ. eo. & in l. lecta. ff. ſi cert. pet. † Et no. ꝙ ẽt eps nõ poteſt in hoc caſu diſpenſare, licet Hoſt. hic dicat, ꝙ ex euidenti vtilitate eccleſiæ, poterit eps diſpenſare, argu. in c. prætentiũ. 1. q. 5. Et ꝗꝗ Doct. cõiter tranſeant cum iſto dicto, tñ vr hoc dictum ꝛ tex. cum indiſtincte tollat eꝑ facultatem diſpenſandi. Nec obſt. c. prætentiũ, quia loquitur in alio caſu, vt dr hic in gl. 2. Et vide aliàs rõnes vehementiores, quas facio in c. de ſimoniacè, ĵ. de ſimo. vbi plene examinaui mãm huius c. Nam ſimonia qñque cõmittitur in ordine, qñque in prælature, qñque in ſimplici beneficio, & qñque ignorante ordinato, vel electo, qñque eo ſciente, vel pecuniam dante, & hæc tria membra proſequitur Cal. in c. poſt translationẽ, ĵ. de renun. & ego plenius dixi in d. c. de ſimoniace, vbi ẽt examino intellectũ huius c. Vnde dic, vt ibi dixi. In gl. 2. ibi, [Vel dic, ꝙ diuerſi ſunt caſus] hæc tertia ſol. mihi placet, quia ita pũctualiter loquitur tex. in d. c. præſentium. Et ꝗꝗ Hoſt. hic aliter dixerit,
5 vt ſ. dixi, mihi indiſtincte placet hæc tertia ſol. gl. † Et in fi. gl. põdera gl. vult. n. ꝙ ẽt in prælatura poteſt eps ea vice diſpenſare, ſi electus libere reſignauit prælaturam. Hoſt. dicit, ꝙ hoc procedit, ſuadente vtilitate eccleſiæ, arg. d. c. præſentium. aliàs autem requirit in prælatura intermedia perſona, ſed in ſimplici beneficio, poteſt fieri diſpenſatio, poſt liberam reſignationem, vt in ver. ꝗuis. Sed Boatinus dixit, ꝙ tria requiruntur ad hoc, vt poſſit diſpẽſare. Primo, ꝙ ſimonia fuerit commiſſa ignorante electo, nec ratum habente. Secundo, ꝙ beneficium ſit ſimplex. Tertio, ꝙ præceſſiſſet libera reſignatio, & hæc opin. mihi videtur verior, quia iſte tex. in ver. [Quamuis] venit aduerſatiuè ad præcedentia, quia ſ. fuerat dictum de prælatura, hic autem loquitur de ſimplici beneficio, & concedit diſpenſationem, concurrente libera reſignatione. vnde non debet hoc extendi ad prælaturam, quia materia diſpenſationis eſt ſtricti iuris, & nunquam Eps diſpenſat, niſi in caſibus
b a iure expreſſis, [b] vt in prædicto c. dilectus, & quod ibi no. de tem
6 po. ord. Sed iſte caſus quem ponit gl. nullibi eſt expreſſus. † Nec ob. c. quicunque. 1. q. 5. vbi Eps diſpenſat cum ſimoniaco in beneficio,

ADDITIONES.

a Seb. Sap. Illam prælaturam. Vide Bald. in l. ſi quem. C. de epi. & cle. vbi no. ꝙ electio facta de eꝑ per ſimoniam, non valet. Nunquid autem per preces inducatur ſimonia, adeo, ꝙ tunc electio non valeat, vide tex. in c. Moyſes. 8. q. 1. cum alle per Firma. in trac. de Epiſcop li. 2. in 1. parte. q. 13.
b Zac. A iure expreſſis. Adde, ꝙ non poteſt adhuc in caſib. ſibi a iure permiſſis diſpenſare epiſcopus, niſi cauſa cognita, vbi poſui plene in apoſt. ad iſtum in c. innotuit. in ver. cauſæ cognitionem, nu. 8. ſup. eo. & Rot. dec. 135. inci. uoluerunt domini in no. & aliquid per Arch. in c. licet canon. eo. tit. li. 6. & Io. de Lig. in c. at ſi clerici. infra de iud.
Anto. Fran. An valeat diſpenſatio Epiſcopi, etiam in caſib. a iure permiſſis, ſine cauſæ cognitione, dicas, ꝙ non, & vltra hic alleg. vide Inn. in c. veniens de ſil. presby. & habetur per Bar. & Doc. in l. Barbarius in 10. col. ff. de offi. præto. Et adde, ꝙ diſpenſatio permiſſa Epiſcopo in caſibus in iure expreſſis ab ipſo ſolo fieri poteſt, ſine capitulo, vt per gl. in c. cum ex eo. de elec. li. 6. & quib. caſib. Epiſcopus valeat diſpenſare, vide per gl. in c. miror. 50. diſt. & per Spec. plene in titu. de diſpenſa. in §. nunc de Epiſcoporum, & per d. C. ar. in cle. 1. in §. 1. de reſi. do.

neficio,etiam scienter, quia non loquitur ille tex. de illo beneficio,in quo fuit commissa simonia sed de beneficio in ecclesia,qđ voluit habere per simoniam. Vnde magna est differentia inter vnum casum,& reliquum.Et tene mẽti hoc dictum, quia cõiter Doc.& male,transeunt cum dicto Host. ponderando illum tex. & vide mã,quod latius dixi in d.c.de simoniacè. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Tempus currit impeditis,si possunt impedimentum tollere.*
2 *Posse dicitur ille, qui potest facere,vt possit.*

CAP. LX.

1 His quibus. †Breue est, & per alia verba sic potest sũmari.Electoribus impeditis, currit tẽpus, si possunt impedimentum tollere.h.d.Casus li.Dum vacat ecclesia,papa, vel eius legatus, interdicit canonicis, vt absque licentia eligere non præsumant, quærebatur, vtrum tempus statutum a canone. s.trium, vel sex mensium, currat illis. Rñdetur, q̃ bene currit,ex quo in mora sunt postulandi licentiam eligendi.B.No. arg.a contrario, q̃ electoribus simpliciter impeditis, non currit tempus ad eligendum.Et facit tex.ibi, [Ex quo in mora fuerint] & idem dic in collatore,vt in c.quia diuersitatem, de concess.pb. Quid autem in patronis,est pulchra quæstio, sed vide, quod dixi in c.quoniam,& in c.cum propter.de iure pat.Oppo.contra tex. Nam isti non poterant eligere sine licentia, ergo erant impediti eligere,& per consequens non debet eis currere tempus, vt in d.
2 c.quia diuersitatem, & in l.1.§.fi.C.de an.excep.†Gl.3.prosequit hoc contrarium,& in effectu soluit,& bene, q̃ isti non erant simpliciter impediti,immo remotio impedimenti debebat a po
a testate eorum,[a] quia poterant petere licentiam a superiore,vnde contra eos succedit regula iuris, qui potest facere, vt possit, iam dicitur posse,vt in l.qui potest,ff.de reg.iur.Secus dic, si isti simpliciter fuerint impediti,puta,quia papa inhibuisset etiam ne eligerent. Sed quæro, quia tex.iste loquitur de termino iuris. Quæro
b quid [b] in termino hominis, pone exemplum papa mandauit canonicis,vt eligerent prælatum intra mensem,cum consilio cuiusdam Episcopi,aliàs ipse Episcopus prouideret,& demum Episcopus cuius consilium debebat requiri,occultauit se,vel latens impedimentum præbuit , ita q̃ isti non potuerunt habere consilium intra mensem,nunquid tempus eis curret? Host.dicit q̃ sic,quia istud tempus fuit statutum ab homine, ergo semper curret a die præsentationis literarum,vt in c.super eo,de appel.Aduerte,quia hoc dictum Host.est verum,si iste terminus esset hominis,qa omne tempus regulariter est continuum, vt dicit glo.no.ff.de di.& temp.præscript.super rub.& facit, quo no.Io. And.in d.c.super eo.Sed iste terminus, de quo ſ.dixi, succedit loco termini iuris. Ad hoc, qđ no.Inn.in c.ex insinuatione.de app.ergo debet eligi eodem iure cum termino iuris,vt ibi no.Inn.& per consequẽs non debet currere impeditis, sicut nec terminus iuris. Et hanc opi.tenuit hic d.Car.quæ mihi satis placet. Sed aduerte, quia puto, q̃ ex quo isti non poterant habere consilium,poterant sine Io eligere,arg.in c.cum olim.de arbi.c.cum in veteri,sup.e.& qđ ibi dixi.Facit,quod no.Bar.in l.1.§.si plures.ff.de exer.& tex.no.in c.vnico.in fi.ne sede vacan.li.6.vbi vt expresse probari.vide tñ ominno,qđ dixi in c.ex parte,ſ.de constitu.Et hæc sufficiant.

ADDITIONES.

a Zac.A potestate eorum. Adde breuiter,q̃ tempus currit impedito, si potuit obuiare impedimẽto,vel illud tollere,aliàs secus,l.quibus dieb.& ibi Doc. de condit.& demon.& Bal.in l.fi.C.de adult.

Ant.Fran.Circa hoc de impedimento,dic.1ſ,q̃ impeditus ex iusta causa, est tutus exceptione aduersus petitionem pœnæ.l.fi cum dies.§.fi quis ex litigatoribus,& ibi per Bar.ff.de arb.l.2.§.1.& ibi etiam per Bar.& Ale.ff.si quis cau.nec taliter impeditus patitur condemnationem expẽsarum,si index sciuit impedimentum,vt per Pau.de Cast.in d.l.2.si quis cau.& vide Imo.in c. pen.de dila.quem etiam refert, & sequitur Bar.in d.l.1.vbi dixit, q̃ cautela est,q̃ quis notificet iudici impedimentũ,vt processus postea factus sit nullus.Et adde,q̃ impeditus etiam facto iudicis,semper debet protestari iudici de impedimento,aliàs non excusatur,vt per gl.in c.cupientes.§ q̃ si per viginti,de ele.li.6.& per Bar.in l.1.§.dies.ff.quando ap.fit.Et de impedimento in materia appellationis, & eius prosecutione, plene habetur per Doct.& nouissime per Phili.Fran.in c.ex ratione , in 7.col.de appella.& per Ro.& Alex.in l.de pupillo.in §.si quis ipsi prætori.ff.de no.ope.nun.

Et adde,q̃ impedimentum debet esse tale,q̃ non potuerit per impeditum remoueri,vt ibidem dĩ,& de hoc debet in scriptis protestari.Et ideo dicebat Bar.in l.præses.C.de appel.& in l.2.§ q̃ diximus,præal.& ibi p Ale.& Pau. de Cast.q̃ impeditus ui fluminis,excusatur, si probet se iuisse ad flumen causa transeundi,& non potuisse transire causa inundationis.Et ideo oportet, q̃ impeditus, nedum alleget impedimentũ, sed etiam probet, q̃ tentauerit remouere impedimentum, nec potuit remouere,& insuper debet probare, q̃ intendebat facere, nisi fuisset impeditus , tex.est no.secundum Bar.in l. qui commeatus.ff.de remi.& vide Bar.in d.§.quod diximus, & in d.l.præses & Bal.in l.in pecuniarijs. ff.de fer. & vide Ale. in cons.49.in 2.par.cons.& generaliter quid debeat probare,dicens se fuisse impeditum, vide per Spec. in titu.de act.& per.in §.4.in ver.sed oportet.& in vers.seq.

b Seb.Sap.Quæro quid.Vide ad hæc gl. sin.in cle.1.in ver.sic inhibẽtes.de interpar.de quo per Rom in cons.203.quoad primum.Abb.cons.81.quoad primum. col.6.cum multis traditis per Fel.in d.c. ex parte.col.3.ver.3.limitatio.vide quæ addidi in c. cum in veteri.ſ.eo.

COMMENTARIORVM ABBATIS PANORMITANI

in Primam Libri Primi Decretalium partem, Finis.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X.

Omnes sunt Quaterniones,præter X, qui est Quinternio.

VENETIIS, APVD IVNTAS,
M. D. LXXXVIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca